DATE DUE

Interlibrary			
Loan			
GAYLORD			PRINTED IN U.S.A.

DOCUMENTI

PER SERVIRE

ALLA STORIA DI SICILIA

PUBBLICATI A CURA

della

SOCIETÀ SICILIANA PER LA STORIA PATRIA

PRIMA SERIE — DIPLOMATICA

VOLUME XI.

TABULARIO

DI

S. FILIPPO DI FRAGALÀ

E

SANTA MARIA DI MANIACI

PARTE PRIMA

PERGAMENE LATINE

ORA PER LA PRIMA VOLTA PUBBLICATE E ILLUSTRATE

DA

GIUSEPPE SILVESTRI

PALERMO

PEI TIPI DI VINCENZO DAVY

1887.

207

I. *

Palermo 1192. 26 Dicembre. Ind. XI.

Tancredi, Re di Sicilia, Duca di Puglia e Principe di Capua, confermando a Pancrazio Abate di San Filippo di Valle Demena tutte le libertà ed esenzioni accordate dai suoi predecessori al Monastero di San Filippo, ordina a tutti i suoi Baiuli ed Ufficiali di non molestare in alcun modo, nè far molestare il detto Monastero nel godimento dei beni e dei servi allo stesso appartenenti.

Tancredus, Dei gratia Rex Sicilie, ducatus Apulie et Principatus Capue. Per hoc presens scriptum notum facimus, quod Prancatius,

* Il presente diploma forma parte di quello greco della stessa data pubblicato dal Cusa nell'opera « I Diplomi Greci ed Arabi di Sicilia » a pag. 438, da cui evidentemente fu staccato. Esso quindi nacque bilingue, sistema comune alla Cancelleria Normanna; ma questo fatto sfuggito all' attenzione dello illustre orientalista, lo indusse a pubblicare il solo testo greco. L' intiera pergamena ora fa parte dell'Esposizione Paleografica permanente di questo Archivio di Stato, Sezione « Varietà Paleografiche » N. 11.

Essa è alta cm. 37, larga cm. 38, con un ripiego alto cm. 5; conservasi in ottimo stato; la scrittura della prima parte è minuscola gotica di buona forma, quella della seconda greca di buona forma.

venerabilis Abbas Sancti Philippi de Valle Demeni [1] ad Curiam nostram, tam devote quam [2] reverenter [3] accedens, ostendit [4] quedam privilegia ipsi Monasterio a recolende memorie Progenitoribus nostris indulta, in quibus continebatur, quod predicti Progenitores nostri prefatum [5] Monasterium Sancti Philippi [6] quosdam homines cum filiis eorum et omnes possessiones suas a data et ab omni angaria, nec non ab omni [7] servitute terrenorum Dominorum, esse liberum misericorditer concesserunt. Et supplicavit idem Abbas Maiestati [8] nostre attentius, quatenus eamdem libertatem quam ipsi [9] Progenitores nostri prenominato [10] Monasterio Sancti Philippi indulserat *(sic)*, benignitate solita [11] confirmaremus. Nos autem, qui [12] divina gratia inspirante, in voluntate gerimus et proposito ecclesias Dei sub nostro felici regimine constitutas [13] regere et fovere [14] iam dicto [15] Monasterio Sancti Philippi de Valle Demeni [16] libertates, quas Progenitores nostri ipsi ecclesie per eorum privilegia contulerunt, sicut ecclesia ipsa Sancti Philippi usque ad obitum Domini [17] Regis Willelmi, patruelis nostri, inclite recordationis [18] ipsis libertatibus pacifice usa est; de solita clementia [19] confirmantes, universis Iusticiariis et Baiulis nostris, [20] tam presentibus quam futuris, precipimus et mandamus, [21] ut prefato Monasterio Sancti Philippi et ipsis hominibus necnon [22] possessionibus et rebus [23] suis, nullam decetero molestiam inferatis, [24] vel [25] ab aliquo permittatis inferri. Sed ipsum Monasterium, cum ipsis hominibus, possessionibus et rebus suis, in eo [26] statu et libere [27] esse permittatis, quia semper [28] fuerunt temporibus Progenitorum nostrorum felicis memorie usque ad obitum [29] Domini Regis Willelmi, patruelis nostri: Scituri, quod

---

Sul ripiego della medesima è un suggello di cera rossa attaccato con fili di seta dello stesso colore. Rappresenta il Re Tancredi seduto sul trono tenendo in mano lo scettro ed in testa la corona; porta la leggenda: *Tancredus Rex, Dei Gratia Rex Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue.*

È da notare altresì che questa pergamena bilingue fa parte di quelle pertinenti al Tabulario di San Filippo di Fragalà depositate nel 1871, vale a dire 14 anni dopo la prima consegna.

Il Serio nel dare il testo latino, scrive a lato: *Authographum membranaceum habetur in arca Tabularii Magni Valetudinarii Panormi graece quidem scriptum et a me latinitate donatum ex quo pendet sigillum etc. etc.*

La traduzione da lui fatta, tranne poche varianti, alcune lievissime aggiunzioni ed omissioni, è conforme al testo da noi pubblicato oggi per la prima volta; ond'è a credere, che egli avesse avuto tra mani l'intiero diploma bilingue e nella traduzione si fosse avvalso della parte latina.

Riporteremo pertanto in nota le differenze secondo che occorreranno nella lettura del documento.

si quis huic [30] mandato Celsitudinis nostre temerarius obviator extiterit, indignationem nostre Maiestatis incurret. Datum Panormi, vicesimo sexto die mensis decembris, undecime Indictionis. [31]

Nel dorso della pergamena leggesi: — Confirmatio libertatum et exencionum dicti Monasterii.

Lacune, varianti ed aggiunzioni che si riscontrano nel Ms. del Serio, conservato in questo Archivio di Stato.

[1] Vallis Demenis. — [2] *Manca.* — [3] Reverenterque. — [4] *Aggiunto* nobis. — [5] Dictum. — [6] *Aggiunto* et. — [7] *Aggiunto* et. — [8] Actentius Celsitudini nostre. — [9] *Manca.* — [10] Predicto. — [11] Consueta nostra. — [12] *Manca.* — [13] *Manca.* — [14] In proposito et voluntate gerimus sub nostro felici regimini Dei ecclesias regere simul et fovere. — [15] Predicto. — [16] Vallis Demenis. — [17] *Manca.* — [18] Gloriose memorie. — [19] Consueta nostra benignitate. — [20] Omnibus iusticiariis et exactoribus tributorum nostris. — [21] Precipiendo mandamus. — [22] *Aggiunto* et. — [23] Ipsorum. — [24] Inferentes. — [25] Nec. — [26] Eodem. — [27] Libertate. — [28] *Aggiunto* sic. — [29] *Aggiunto* dicti. — [30] Presenti. — [31] Anno a creatione mundi sexmillesimo septingentesimo primo.

II.*

a) San Marco. Aprile 1217. Ind. V.

Costantino de Fimi, Camerario del Val di Demina e di Melazzo, per mandato di Ugone Capasino, Gran Giustiziere di Sicilia, ed in esecuzione di lettere imperiali di Federico II (che qui si trascrivono), riconosce nel Monastero di San Filippo di Val di Demena il diritto di possedere un tenimento di terre, e di avvalersi dell'acqua per un suo Mulino vicino Santo Marchetto; il qual possesso ed uso di acqua venivano acremente, e per vie di fatto contrastati dai monaci di Santa Maria di Maniaci.

Τὸ χρίσιμον ὅπερ ἐποίησεν ὁ κύρις κωσταντίνος τοῦ ταυρομενίου τῇ προστάξει τοῦ κυροῦ οὔγου καπασίνου καὶ μεγάλου κριτοῦ σικελίας.

Costantinus de Tauromenio, Camerarius Vallis Demene. Mense Aprilis, quinte Inditionis.

Litteras recepimus a nobili viro domino Ugone, Magno Imperiali Iusticiario Sicilie, in hoc modo.

Probo viro domino Costantino de Phimi, imperiali Camerario Vallis Demine et Melacii, Ugo Capasinus Imperialis Iusticiarius Sicilie, salutem et amorem.

Notum facimus tibi, quia in presens recepimus litteras ex parte Illustrissimi Domini nostri Magni Imperatoris continentes ita: Fridericus Dei gratia [1] etc. Ugoni Capasino etc. Pro parte Abbatis et Conventus Monasterii Sancti Philippi de Valle Demine nostrorum fi-

---

* Questa pergamena contiene tre atti, oltre alla inserzione di una lettera dello Imperatore Federico II, giusta l'ordine e le date appresso segnate.

Essa è alta cm. 57, larga cm. 27 ½; sbiadita e mancante in varii punti; la scrittura è minuscola gotica di buona forma.

delium, Celsitudini nostre fuit expositum cum querela: quod cum iddem Monasterium habeat et possideat quoddam tenimentum terrarum, situm prope terras Maniachi, quod dicitur de Sancto Marchetto, Abbas et Conventus Maniachi contra justitiam et contra tenorem privilegiorum suorum, que inde habent super possessionem ipsarum terrarum, ipsos molestare non cessant. Immo, ut dicunt, quidam ex ipsis monachis Maniachi cum comenanceriis ipsius Monasterii, dicti eorum Abbatis favore suffulti, pacem et securitatem nostri Culminis frangere non verentes, ceperunt unum de monachis Sancti Philippi, et manibus sibi post terga ligatis, per dies tres privatum exeracuerunt[2] carcerem in eundem. Adiecerunt etiam[3] in querela, quod cum dictum Monasterium suum comuni habuerit et tenuerit et possiderit antiquitus cum Curia nostra quoddam molendinum situm in tenimento Gullie; predicti Abbas et Conventus, vi et auctoritate propria, cursum aque per quam molendinum molebat preetum, per locum eorum et insolitum deverterunt; propter quod in dicto molendino dampnum non modicum patiuntur. De quibus cum voluerint coram te consequi rationem, fidelitati tue mandamus, quatenus partibus ad tuam presentiam convocatis, tantam eisdem Abbati et Conventui facias de predictis plenitudinem rationis, quod pro defectu justitie conqueri non cogantur. Data Fogie, ultimo Ianuarii, quinte Indictionis.

Nos autem volentes adimplere preceptum Domini Imperatoris, precepimus partibus esse coram nobis; et dato termino, Abbas Sancti Philippi misit apud nos ad terminum duos fratres nomine Neofitum et Lucam, cum litteris procuratoriis: pars autem Abbatis Maniachi, et eius Conventus expositi a nobis cum propriis litteris, secundum dictum Imperialium litterarum, quas a Domino Imperatore recepimus, veniendi coram nobis responsuri ad tenorem litterarum Domini Imperatoris, et ipsi noluerunt venire neque ad terminum, neque post terminum; et itèrum expectantes per spatium trium dierum minime venerunt: habentes tam Abbas, quam Conventus eius propriam litteram a nobis super inquisitionem tuam veniendi ad nos responsuri in tenore Imperialium litterarum; et sicud illi qui sunt causati et filii inobedientie, noluerunt venire.

Quapropter nequientes personaliter venire in partibus ipsis, et etiam nolentes inveniri pregravantes Abbatem et Conventum Sancti Philippi: ex parte Domini Imperatoris tibi precipimus auctoritate qua fungimur firmiter inibentes, quatenus venias personaliter cum probis hominibus super terris et aquis de quibus conquerunt Abbas et Conventus Sancti Philippi. Hoc vult Imperialis magnitudo,

in dicto contrarii [4] privilegiorum suorum in litteris suis, Abbas Maniachi molestare non cessat; et divideas terras et aquas molendini; et videre debeas veritatem privilegiorum; et secundum possedit Monasterium Sancti Philippi cum privilegiis suis, ita dimittere debeas dominari Abbatem et Conventum ipsius Monasterii Sancti Philippi in perpetuum. Ego volens adimplere que mihi precepta fuerunt a Magno Imperiali Iusticiario, veni in quo loco erant terre, et vocans probos homines de Casali Sancte Lucie, videlicet Costantinum Braccunerium, et Bajulum qui tunc tempore erat, et senem Petrum de Stichune, et senem Paganum de Lucia, et senem Costam de Deminæ, et senem Philippum Gurgonum, et senem Vernardum, et senem Presbiterum Matheum, et senem Bonum, et senem Gualterium de Ocria, et senem Guillelmum Rachiti, et magistrum Iohannem de Longe, et senem Petrum de Bona, et Papanicolaum [5] Longum, et senem Presbiterum Theodorum, et senem Petrum fratrem eius. Et privilegiis apparentibus cum monachis Sancti Philippi, vidimus terras disputatas intra [6] divisas terrarum de tenimento Sancti Marci, unde dimisimus predictas terras possidere eas Abbas et monachi Sancti Philippi, sine molestia alicuius persone, secundum litteras nobilis et magni Iusticiarii declarabat. Similiter et aqua molendini communis, dedimus sibi auctoritatem tam Abbati, quam Conventui eius.

Et ad majorem cautelam factum est, Abbati et Conventui eius Sancti Philippi, presens scriptum, et in cessatione [7] Abbatis de Maniachi et Conventus eius, gratia et subceptoria Domini nostri Magni Imperatoris Friderici. Quod scriptum fuit die, mense, et inditione pretitulatis.

† Costantinus Bracconerius et tunc tempore Bajulus Sancte Lucie testor. † Senex Petrus Sticunis testor. † Senex Paganus de Lucia testor. † Senex Costa de Demmine testor. † Senex Philippus Gurgunis testor. † Senex Bernardus testor. Senex Presbiter Matheus testor. Senex Bonus testor. Senex Gualterius de Ocria testor. Senex Guillelmus Rachiti testor. Senex magister Iohannes de Longi testor. Senex Petrus de Cali testor. Senex Costa Battali testor. Senex Papanicolaus testor. Senex Presbiter Teodorus testor. [8] Senex Petrus frater eius testor.

† Ego Costantinus de Phimi Imperialis Camerarius Vallis Demine et Melacii confirmo suprascripta.

b) Ottobre 1183. Ind. I.

Filippo de Fimi, Maestro Foresterio, in esecuzione di lettera regale di Guglielmo II, conferma Pancrazio, Abate di San Filippo di Melitiro, nel possesso di alcune terre e di alcuni boschi, nel quale era stato disturbato: e giusta i privilegi di Ruggiero Conte, di Adelasia e di Ruggiero Re, ne riconosce e riassegna i confini.

Κρίσιμον τοῦ κυροῦ φιλίππου τοῦ εὐφήμη ἐν τῶ καιρῶ τοῦ ρηγός γουλιέλμου τοῦ αγράππιδα.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen.

Philippus de Phimi Iudex Regalis et Magnus Magister Foresterius.

Mense Octubris ab initio mundi sexmillesimo, sexcentesimo, nonagesimo primo anno, Indictionis prime.

Duxisti ad nos tu Venerabilis Abbas Sancti Philippi de Valle Demine, cuius nomen Pancratius, litteras ex parte Sanctissimi Domini nostri Regis Guillelmi, declarando ita: Quod Abbas Sancti Philippi de Demine cum eius in Christo fratribus declaravit in nostra magnificentia; quod, quidam homines iniqui ipsius Sancte Mansionis, de divisis et terris et nemore glandarum que tenuit dehinc retro Sancta Ecclesia, sub sigillo beate memorie Comitis Rogerii, et iterum firmatum sub sigillo beate memorie Adelasie Comitisse, et filii eius Regis Rogerii, precipiebat nobis ita, ut examinemus et sciamus veritatem, et videamus iniquitatem quam patuit Sancta Mansio, et iustificamus ipsam [9] ita ut teneat sicud declarant ipsius Ecclesiæ sigilla: et supradictum preceptum felicissimi Domini nostri Regis Guillelmi in manibus nostris accipientes, collegimus nobiscum nobilissimos principes Maniachi et aliarum terrarum, et ivimus super ipsius divisas terrarum [10] et nemorum, in quo iniquitatem patuit Sancta Ecclesia Sancti Philippi; et sigilla Sancte Ecclesie habentes in manibus nostris, incepimus de prima divisa, sicud dominicum sigillum de Sancta Mansione declarabat. [11] Sicud ascendit vetus hedificamentum Sancti Georgii de Octidentis parte de sicco vallone, et ascendit usque lapidem qui est in medio ipsius vallonis, et deinde magna via, et in alio lapide qui est supra viam, et collem collem rectam vadit in ea que dicuntur Spila, videlicet Gimpna, [12] deinde usque in capitalea vallone, qui dicitur de Buttibus, et ut descendit

vallonus usque in flumine qui dicitur Iacunci; et descendit flumine usque vallonem siccum unde incepimus; et sicud sigilla Sancte Mansionis Sancti Georgi de Agrapida declarant. Ita et nos iustificavimus, et divisavimus, et dedimus tibi venerabili Abbati domino Pancratio Sancti Philippo Militiro, et ad tuam in Christo fraternitatem.

Quod ad maiorem cautelam fecimus scribere per manus Notarii Philippi Muscopoli per preceptum nostrum, videlicet Domini Philippi de Phimi Magistri Foresterii, et Domini Georgii de Modio, exendum *(sic)* et ipse secundum tempus Magister Foresterius, mense et anno et inditione pretitulatis.

† Leo Presbiter et secundum tempus Archidiaconus Casalis Maniachi testis sum. † Presbiter Basilius Scamptu testis sum. † Ego Leo Sergentis testis sum. † Ego Guillelmus de Sancta Lucia testis sum. † Philippus de Papa Iohanne de Longi testis sum. † Urso Figulus testis sum. † Basilius frater eius testis sum. † Nicolaus filius presbiteri Iohannis de Trayna testis sum. † Philippus Crealardi testis sum. † Georgius de Modio Magister Foresterius supradicta testor. Vallis Demine et alii regales Iudex de Fimi filius Philippus et secundum tempus Foresterius firmo et subscribo.

c) Naso. Novembre 1220. Ind. VIII.

Parisio, Arcidiacono di Messina, riconosce il legittimo dritto della Chiesa di San Filippo di Demina sopra un tenimento di terre site nel territorio di Naso, concesso con privilegi del Conte e del Re Ruggiero.

Τῶ κυρῶ παρισίω αὐϑέντω νάσου.

Examinatio quam dominus Parisius Archidiaconus Messanensis pro Sancto Phelleleo et tenimento eius.

Nos Parisius, Messanensis Archidiaconus, cum essemus in terra nostra Nasii, per homines nostros ipsius Terre nobis extitit notum factum: quod ecclesia Sancti Philippi de Demina, quoddam nemus in tenimento ipsius terre Nasii possidebat, quod ad nostrum Demanium pertinebat. Super quo nos volentes plenius edoceri, per venerabilem Abbatem ecclesie supradicte privilegiis nobis ostensis quondam a domino Comite Rogerio, necnon et domino Rege Rogerio memorie recolende, eidem ecclesie memorate indultis; attendimus quod nemus prenominatum pertinebat ecclesie sepedicte. Pro-

pter quod nos ipsum predictum Abbatem,[13] et eandem suam[14] ecclesiam Sancti Philippi, de prenominato nemore secundum continentiam predictorum[15] privilegiorum suorum,[16] in pace et sine molestatione dimisimus.

Unde nos sibi hoc presens scriptum fieri fecimus sigilli nostri[17] robore communitum. Actum in terra Nasii, mense novembris indictionis octave.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1217. — N. 21.

Privilegiu di Agrippida di lu Imperanti Fidericu.

Confirmatione dello Imperatori Fiderico delli privilegii concessi a Maniachi et a San Philippo, et quod Abbas et Monaci Monasterii Sancti Philippi Vallis Demone non molestentur ab Abbate Conventus Maniachi.

Epistola Friderici II. Imperatoris, Sicilie Regis, in qua declarat, quod Abbas et Monachi Sancti Philippi de Fragalà non molestentur per Abbatem et Monachos Sancte Marie de Maniaci. Et confirmatio cuiusdam privilegii Rogerii Regis, et Adelasiæ Matris eius, de quadam possessione et molendino in territorio Sancti Marci.

Serius scripsit.

ῶ δε . . . . . . τοῦ κυροῦ κωσταντίνου τοῦ ευφήμη τοῦ ταυρομενίου διὰ τὸν ἅγιον μαρκον, καὶ τοῦ γέροντος κυροῦ φιλίππου ἐν τῶ καιρῶ τοῦ ῥηγὸς γουλιελμου, καὶ ἡ δμολόγησις τοῦ κυροῦ καρησίου καὶ ἀρχιδιακόνου περὶ τοῦ ἁγίου ϑαλλαιλέου.

Εκ μέρος τοῦ ῥιγὸς γουλιελμου περὶ τοῦ αγραππιδα.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

[1] *Manca.* — [2] Detruderunt. — [3] *Manca.* — [4] *Manca.* — [5] Paganidum. — [6] Incipiendo. — [7] Cossacione. — [8] *Manca l' intiera firma.* — [9] Ipsum — [10] Terras. — [11] Declarabit. — [12] Gumptia. — [13] Ipsi eumdem ipsum. — [14] *Manca.* — [15] Predictam. — [16] Suarum. — [17] *Manca.*

III.*

Casale di Carboni. 1247. Novembre 26. Ind. VI.

Ignazio, Abate del Monastero di S. Elia de Ambula, accorda a Pafnuzio, Cenobita di S. Pietro di Caporica, suffraganeo del detto Monastero, il nominato Cenobio coll'annessavi Chiesa e casa, minacciando la scomunica e l'anàtema a chiunque lo avesse molestato, dovendo il detto Pafnuzio corrisponderne nel giorno cinque Agosto di ogni anno il censo in tarì dieci di oro.

In Nomine Dei Eterni amen. Anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, vicesimo sexto novembris, sexte indicionis. Imperante Domino nostro Magnificentissimo Romanorum Imperatore Friderico, Dei gratia semper Augusto, Iherusalem et Sicilie Rege Inclito, anno sue sacre coronacionis vicesimo octavo, feliciter amen.

Impresencia notarij Amici habitatoris Carbonj, Iudicis contractuum in dicto casali Carbonj. et testibus subnotatis ad hoc specialiter convocatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod cum dilectus filius presbiter Paphnucius, cenobita nostre ecclesie Sancti Helie, multa bona perpetrasset circa cenobium nominate ecclesie Sancti Helie de Ambula, et ut probus [1] filius semper cum incrementis bona dicti cenobij in sudore sui corporis augmentaret, sicut fidelis et prudens dispensator talentum sibi creditum cum usuris domino suo duplicate deportaret, incessante nocturno

---

* La pergamena è alta cm. 28, larga cm. 23, macchiata e sbiadita, presenta una scrittura corsiva gotica notarile.

Manca la firma del notaio, e forse di altri testimoni, che dovrebbe trovarsi, come d'uso, nell'ultima parte della pergamena evidentemente tagliata.

sive diuturno tempore ministraret ea que dicto monasterio redundent ad proficuum cum honore; sucinta brevitate ad rem properamus. Est quoddam Monasterium nostrum in tenimento Trayne, in loco qui dicitur Sanctus Petrus de Caporica; in dicto loco est eclesia coperta cum una domo tantum,[2] cujus monasterij eclesia nostra Sancti Helie nichil exinde habet[3] præter[4] loci dominium. Quod monasterium predictus monachus cum suis possessionibus et reditibus in sustentacione sui corporis a nobis Ignacio Abbati et Conventu Sancti Helie de Ambula nostri cenobij optinere,[5] offerens exinde[6] pro incessu[7] nostre ecclesie dicti Sancti Helie tarenos auri decem ad generale pondus regni. Nos enim Ignacius Abbas, una cum conventu Sancti Helie memorati nostri cenobii, habito diligenti consilio, in consideracione predicti loci petiti a dicto monacho, cum[8] quia locus dictus pauper est, tam[9] quia Paphnucius dictus monachus, propter suam massariam dictum locum pauperem de levi poterit ditare, et de bono in melius in parvo tempore reformare, peticionem predicti monachi vidimus esse iustam. Nos igitur Ignacius humilis Abbas Sancti Helie de Ambula et conventus quasi unanimes peticionem dicti Monasterij Sancti Petri de Caporica sufragani[10] nostri, cum omnibus pertinenciis suis, tam mobilibus quam stabilibus, eiusdem loci eidem[11] monacho presbitero Paphnucio, ipso solvente[12] annuatim dictum incensum in quinto die cujuslibet mensis augusti, scilicet tarenos auri decem ad generale pondus regni, habere et possidere omnibus diebus vite sue concedimus et confirmamus. Item volumus, quod universa animalia dicti Monasterij Sancti Petri de Caporica libere pascant et faciant caulas in tenimentis[13] Sancti Helie de Ambula et Sancti Nicolay de Castillachi. Si quis monacorum vel abbatum Sancti Helie de Ambula nostre ecclesie de cetero inferre molestiam eidem monacho Paphnucio pro dicto sibi dato[14] presumpserit, a Patre et Filio et Spiritu Sancto et nomine Beate Marie Virginis, Beati Helie cujus patrocinium gerimus et omnibus Sanctis, excomunicetur et anathematizetur. Ad huius rei memoriam et cautelam, fratris Paphnucij monachi presens scriptum de premissis factum est per manus mei Notary Bettini,[15] quia in defectu tabellionis ipsius casalis Carbonj,[16] cum nullus in eodem loco[17] sit notarius puplicus constitutus, nostris supscriptorum testium subscripcionibus communitum. Actum in Casali Carboni,[18] die, mense, anno et indicione premissis.

Ego Notarius Amicus [19] judice *(sic)* contractum in Casali Carboni, qui supradicti scripti testis. [20]

Καγό ϊερεὺσ ρογέρισ καὶ κατὰ καίρον πρωτοπάπα τα ἀνότερα μαρτυρῶ.

Ego Hugo Trancigena interfui et testor.

Καγὼ Νικὼλάοσ κουλῆνοσ [21] μάρτυρ.

Καγώ ϊερεὺσ Νικωλὰοσ μαρτιρῶ [22] τα ἀνότερα.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Bliblioteca del Comune.

1 Presbiter. — 2 *Manca.* — 3 Habe. — 4 *Manca.* — 5 Optineret. — 6 Eidem. — 7 Per incensum. — 8 Tum. — 9 Tum. — 10 Sufraganei. — 11 *Manca.* — 12 Solvere. — 13 Tenimento. — 14 Predicto de cetero. — 15 Rossini. — 16 Carbonis. — 17 Iam. — 18 Carbonis. — 19 *Manca.* — 20 Supradicta scripsi testor. — 21 Κυχήνοσ. — 22 μαρτυρ.

IV. *

Randazzo 1273. Dicembre 7. Ind. II.

Alessandro di Bonsignoro, in esecuzione del testamento di Bonaventura figlia di Giovanni di Randazzo, vende a Pachimio Abate di San Filippo di Demina due case con orto, site nella terra di Randazzo sul poggio di San Martino, per onze quattro di oro.

In nomine Dei eterni amen. Anno eiusdem incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, mense decembris, septimo eiusdem, secunde inditionis.

Regnante Serenissimo Domino nostro Rege Carolo, Dei gratia Excellentissimo Rege Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue; Alme Urbis Senatore Illustri; Andegavie Provincie et Folcalquerii Comite; atque Romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam Vicario Generali; sacre coronationis eiusdem anno nono, feliciter amen.

Coram nobis Gyrardo de Lambertis iudice Randatii, Nicolao de Baudoyno regio puplico eiusdem terre notario, et testibus subscriptis ad hoc vocatis specialiter et rogatis, Alexander de Bonsignoro constitutus in testamento, quod condidit quondam Bonaventura, filia olim Ioannis de Monta de Randatio, neptis eiusdem Alexandri, per eandem Bonaventuram super vendendis duabus domibus, cum orto retro ipsas domos, sitis in terra Randatii in podio Sancti Mar-

* Questa pergamena, alta cm. 34 e larga cm. 23, fa parte dell'Esposizione Paleografica Permanente di questo Archivio di Stato, Sezione « Paleografia Siciliana » N. 9. La scrittura è di forma minuscola corsiva gotica notarile. Le formole non sono ceterate. Porta le sole segnature dei testimoni, del giudice e del Notaro.

tini, finibus inferius designatis; et pecunia inde recepta eroganda pro anima ipsius Bonaventure per eundem Alexandrum; vendidit et tradidit venditionis nomine fratri Pachimao, venerabili Abbati Monasterii Sancti Philippi Vallis Demmene, et Conventui ipsius Monasterii, predictas duas domos sitas in eadem terra Randatii, cum orto retro conjuncto cum eisdem domibus in podio Sancti Martini [1] finibus inferius designatis, cum omnibus iuribus suis, rationibus et pertinentiis suis, nomine et pro parte ipsius Monasterii et Conventus eiusdem, pro unciis auri quatuor ponderis generalis; quas presentialiter puras et de bono auro et bene ponderatas idem Abbas et Conventus solverunt eidem Alexandro, recipienti ab eisdem pro pretio ipsarum domorum et orti; renuncians exceptioni non ponderato auro, non recepto, seu non numerata pecunia, omni juris, legum, consuetudinum [2] auxilio seu beneficio, exceptioni, deceptioni deceptionis [3] ultra dimidium iusti pretii, certioratus rem pluris esse valoris, exceptioni doli dantis causam contractui, vel incidentis [4] in contractum, omni iuri scripto et non scripto, canonico et civili, beneficio constitutionum imperialium et regalium, et omnibus exceptionibus tam generalibus quam specialibus, quibus adversus predicta aliquando [5] tueri posset; dans et concedens eidem Abbati, Conventui et successoribus suis, ponendi ipsum Abbatem et Conventum eumdem, pro parte ipsius Monasterii, in corporalem et vacuam possessionem ipsarum domorum duarum et orti, plenam auctoritatem et potestatem dictas domos et ortum tenendi, de cetero possidendi, vendendi, permutandi, distrahendi, et quicquid eis exinde placuerit in perpetuum faciendi, tanquam de sua propria re; promittens per sollepnem stipulationem eidem Abbati et Conventui, stipulantibus pro parte ipsius Monasterii, predictas duas domos et ortum eis defendere, guarentire, auctorizare, et excalupniare contra omnem personam de mundo, volentem ipsum Monasterium exinde molestare vel impedire; et numquam contra predicta venire per se nec per aliquam submissam personam. Sub ipotheca omnium bonorum suorum, et sub pena unciarum auri decem Regie Curie persolvendarum, mihi predicto notario pro parte Curie stipulanti, et totidem parti lese, et teneri sibi [6] ad omne dapnum, interesse et expensas proinde factas, vel in posterum faciendas; de quibus dixerit idem venditor et heredes eius stare simpliciter illos [7] eorumdem emptorum, vel successorum eorum: qua pena soluta vel non, presens contractus nihilominus in suo semper robore perseveret duraturus. Fines vero predictarum domorum et orti sunt hii. videlicet: fines maioris domus ipsarum domorum cum orto sunt

hii; ab oriente est via puplica, ab occidente via puplica, a meridie est domus Belle-longitane et filiorum [8] eius, et a septentrione est domus Randacie mulieris, mediante quintana; et fines alterius domus minoris cum ortro *(sic)* sunt hii, ab oriente est via puplica, ab occidente est via puplica, a meridie est via puplica, et a septentrione est domus Belle-longitane et filiorum, et siqui alii sunt confines.

Unde ad huius rey futuram memoriam et dicti Monasterii cautelam, factum est exinde presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarii, nostrum qui supra iudicis et notarii subscriptionibus, et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum. Actum [9] Randatii anno, die, mense et inditione premissis.

† Ego Gyrardus de Lambertis Iudex Randatii qui supra.
† Ego Donadeus Barbarussa testor.
† Ego notarius Michael testor.
† Ego Symon de magistro Petro testor.
† Ego Iacobus Fuscus testis sum.
† Ego Iohannes Rumba testis sum.
† Ego Nicolaus de Baudoyno regius puplicus notarius Randatii rogatus scripsi.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1273. — N. 26.

Privilegiu di una venditioni di dui casi in la terra di Randatiu, facta a lo Abati di lo Monasterio di Sancto Philippo.

Item. — Contractus venditionis duarum domorum cum horto in territorio Sancti Marci, inter Alexandrum de Bonsignoro et Pachimium Abbatem Monasterii Sancti Philippi de Fragalà.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

[1] In praedio Sancti Marci. — [2] Iuri, legi, consuetudini. — [3] Detemptionis. — [4] Donationis causa contractus vel incidentium. — [5] Alioquin. — [6] Se. — [7] Illo. — [8] *Manca.* — [9] Datum.

V.*

Messina 1302. Agosto 10. Ind. XV.

Ventura vedova di Leone Catamorfrica di San Filippo concede in perpetuo a Gioachino di Seminara tutti i suoi beni e dritti, riservandone l'usufrutto in favore di frate Crifone di lei figlio, monaco del detto Monastero di San Filippo.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem incarnationis millesimo trecentesimo secundo, decimo die mensis Augusti, quinte decime inditionis.

Regnante Domino nostro Domino Frederico tercio Dei gratia Excellentissimo Rege Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, regni eius anno septimo, feliciter amen.

Coram nobis subscriptis judicibus messanensibus [1] Nicolao de Chundro regio puplico eiusdem Civitatis notario, et testibus subnotatis, ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Ventura mulier vidua vivens [2] de jure comuni, [3] uxor quondam Leonis Catamorfrici, [4] habitatrix [5] Messane de Sancto Philippo Grande tenimenti Messane, de sua grata et spontanea [7] voluntate, ex causa donationis inrevocabiliter inter vivos, donavit, dedit, tradidit et assignavit in perpetuum, et habere concessit Ioachino [8] filio Alexandri de Syminaria nepoti suo, omnia bona et iura sua que habet et habere debet in civitate Messane et tenimento suo et alibi; de quibus bonis et juribus predictis, dicta Ventura, ex predicta causa, eundem Ioachinum [9] in possessionem induxit per fustem; [10] retento et reservato

---

* Questa pergamena alta cm. 33 e larga cm. 15, fa parte dell' Esposizione Paleografica Permanente di questo Archivio di Stato, Sezione « Paleografia Siciliana » N. 13. La scrittura è minuscola corsiva gotica notarile di tipo different e. Vi sono le firme autografe dei Giudici e del Notaro.

usufructu bonorum predictorum et jurium fratri Nifoni [11] monaco greco Sancti Philippi Grande, [12] filio dicte Venture, in vita ipsius fratris Nifoni [13] tantum. Ita quod predictus usufructus in toto vel in parte non perveniat ad Monasterium predictum, vel ad usum predicti Monasterii, et quod non liceat dicto Ioachino, [14] dum idem [15] frater Nifus [16] vixerit, [17] jura et bona predicta vendere vel alienare seu obligare in toto vel in parte, sine consensu et mandato dicti fratris Nifoni; [18] si vero dictus frater Nifon [19] voluerit, liceat eidem Ioachino [20] vendere de mandato ipsius [21] fratris Nifonis, [22] vendere cuicumque sibi [23] placuerit; quo fratre Nifone [24] humaniter [25] diem functo, predicto [26] usufructu predictorum jurium et bonorum consolidato proprietati [27] eorum, liceat eidem Ioachino [28] auctoritate propria et sine licentia Curie intrare et capere bona et jura predicta, et ea tenere et possidere integraliter jure dominii, vel quasi, [29] et pleno jure, et liceat ei exinde agere, causari, excipere vel replicare et experiri, [30] et ea omnia facere et exercere [31] utilia et directa que verus dominus potest facere de re propria, et que ipsa eadem Ventura facere posset si presentem [32] donationem et jurium cessionem [33] non fecisset; cedens et transferens in dictum Ioachinum [34] et heredes suos omnia jura omnesque attiones reales, [35] personales, utiles, directas et mixtas, que et quas, dicta Ventura, habet vel habere potest, seu sperat habere in bonis et juribus ipsis et contra quascumque personas, de jure vel de facto, in toto vel in parte, seu quocumque alio modo, jure vel causa. Que omnia et singula supradicta, dicta Ventura convenit [36] et promisit sollepniter eidem Ioachino [37] firmiter attendere, observare et in nullo contravenire.

Unde ad futuram memoriam et dicti Ioachini [38] et heredum suorum cautelam, factum est inde presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarii Nicolai nostris subscriptionibus roboratum.

Sciendum est quod predicta Ventura renunciavit in hiis omnibus omni auxilio juris et facti, exceptioni doli et in factum, conditioni sine causa et in factum, subsidiario beneficio de duobus reis dividere de attionis et nove costitutionis auctenticorum jure et ypothecarum, beneficio restitutionis in integrum, auxilio Senatusconsulti Velleyani, certiorata predicta mulier quod sic dictum a judicibus infrascriptis, vicio ingratitudinis quo donatio revocatur, et omnibus et singulis aliis juribus scriptis, et non scriptis, quibus contra predicta venire valerent. [39]

Actum Messane [40] anno, mense, die et inditione premissis.

Ego Santorus de Salvo judex Messane.
Ego Guilielmus Saporitus judex Messane.
Ego Bonavita de Philippo testor.
Ego notarius Costantinus de Presbitero testor.
Ego notarius Henricus de Peregrino[41] testor.
Ego notarius Nicolaus de Santagata[42] testor.
Ego Raynaldus de Leone testor.
Ego Nicolaus de Chundro regius puplicus Messane notarius, rogatus predicta scripsi et testor.

Presentatum in iudicio penultimo decembris quinte inditionis.[43]
Presentatum in iudicio ultimo augusti quintedecime inditionis.[44]

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1302. — N. 28.

Donationi dilo usufrutto de beni per una Ventura facta ad uno soniputi, et poi dila morti va a lo Monasterio di Sancto Philippo.

Item. — Ventura Catà concedit Iohimo nepoti suo omnia bona sua, de quibus prius usumfructum habuerat frater Trifon Monacus Monasterii Sancti Philippi Fragalatis.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato in questo Archivio di Stato.

1 Messane. — 2 Presens. — 3 *Manca.* — 4 Catamortui. — 5 Habitatoris. — 6 *Manca.* — 7 Fideli. — 8 Iohimo. — 9 Iohimum. — 10 Personalem. — 11 Trifoni. — 12 *Manca.* — 13 Trifoni. — 14 Iohimo. — 15 Ipse. — 16 Trifoni. — 17 Vivit. — 18 Trifoni ed *aggiunto* Abbatis. — 19 Trifon ed *aggiunto* abbas. — 20 Iohimo. — 21 *Manca.* — 22 Trifonis. — 23 Ei. — 24 Trifone abbate. — 25 Humanum. — 26 Habito. — 27 Perpetu. . . — 28 Iohimo. — 29 *Manca.* — 30 *Manca.* — 31 Agere. — 32 *Manca* si presentem, ed è *aggiunto* et. — 33 *Manca.* — 34 Iohimum. — 35 *Aggiunto* et. — 36 Concessit. — 37 Iohimo. — 38 Iohimi. — 39 *Manca* l' intiero periodo. — 40 *Manca.* — 41 Progno. — 42 Scomagata. — 43 *Manca l' intiera dicitura.* — 44 *Manca la intiera dicitura.*

VI. *

San Marco 1305. Marzo 4. Ind. IV.

Melezio Abate concede la chiesa, dritti e pertinenze di San Nicolò di Pergario, al Prete Giovanni di Niciforo.

In nomine Domini amen. Anno dominice incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quinto, mense martii, quarto eiusdem. quarte inditionis.

Regnante Serenissimo Domino nostro Rege Friderico tercio, regni eius anno decimo, feliciter amen.

Nos Frater Meletius humilis Abbas Monasterii Sancti Philippi de Valle Demine, et subscriptus Conventus [1] ejusdem Monasterii in presentia Nicolai Vaccarii Judicis terre Sancti Marci, Pandolfi de Pandolfo, regii puplici ipsius terre notarii, et testium subscriptorum; consenscientes primo in predictos iudicem et notarium tanquam in nostros iudicem et notarium, cum sciremus ex certa conscientia nostra ipsos nostros non esse. Presenti scripto puplico notum facimus et testamur, quod cum predictum nostrum Monasterium haberet et possideret in tenimento Casalis Mirti quandam ecclesiam dictam Sanctus Nicolaus de Pirgario, cum certis juribus, rationibus, proprietatibus [2] et pertinenciis suis, eiusdem *(sic)* ecclesie spectantibus: de qua, nec etiam de iuribus, rationibus, proprietatibus et pertinenciis suis, predictum nostrum Monasterium iam est diu quod nullam utilitatem seu comodum extitit consecutum; cum quia preteritarum [3] guerrarum discrimina predicta ecclesia dirupta et de-

---

* Questa pergamena, alta cm. 35 e larga cm. 31, fa parte dell'Esposizione Paleografica Permanente di questo Archivio di Stato, Sezione « Paleografia Siciliana » N. 14. La scrittura è dl forma minuscola corsiva gotica notarile. Le formole non sono ceterate, le firme dei testimoni in greco.

vastata extitit. Cum[4] ettiam quia quedam vinea spectans dicte ecclesie per tunc inimicos et hostes incisa, destructa et devastata fuit; et terre ettiam spectans[5] dicte ecclesie, defectu habitatorum non existentium in predictis partibus, effecte sunt gerbe et steriles, et nullius redditus et proventus; et quod[6] si dictam ecclesiam rehedificare[7] vellemus, vel dictam vineam de novo facere, non modicam quantitatem pecunie nos oporteret expendere, cum dicti nostri Monasterii non supetunt facultates, eo quod dictum nostrum Monasterium et bona eius totaliter fuit destructum; et vellemus de ipsa ecclesia utilitatem aliquam dicto nostro Monasterio procurare:[8] inquireremus aliquem probum virum, qui ecclesiam ipsam cum iuribus, rationibus, proprietatibus et pertinenciis suis haberet et vellet[9] in vita sua,[10] qui dictam ecclesiam, suis propriis subtibus repararet, vineam de novo facere vel plantare,[11] plantare immortales pedes olivarum quadraginta in tenimento ipsius ecclesie, iardinum seu viridarium colere et augmentare, et predictam vineam plantare ut dictum est in loco ubi dicta fuit, et fructus redditus et proventus dicte ecclesie spectantes perciperet et haberet, suis utilitatibus aplicandos.

Ad hec presbiter Iohannes de Niciforo de Ficarra, accedens ad nostram presentiam, petit sibi concedi per nos ecclesiam ipsam in vita sua, cum iuribus, rationibus, proprietatibus et pertinenciis suis, et obtulit se reparaturum ecclesiam ipsam et domus existentes in loco ipso, plantare pedes olivarum quadraginta immortales in eodem tenimento premisse ecclesie, viridarium colere, similiter arbores omnes et singulos domesticos, et vineam supradictam suis propriis subtibus et expensis; et de proventibus eiusdem[12] ecclesie, dare et solvere nostro Monasterio in festo Sancte Crucis, mensis Septembris anno quolibet, tarenos auri quatuor ponderis generalis. Qua petitione audita per nos, cupientes de dicta ecclesia utilitatem et comodum ipsi nostro Monasterio procurare, per predictum Casale Mirti et terram Sancti Marci publice fecimus emulgari, ut siquis ecclesiam ipsam cum iuribus, rationibus, proprietatibus et pertinenciis suis predicto modo vellet recipere, et tandem vel plus de proventibus dicte ecclesie predicto nostro Monasterio vellet obferre, coram nobis accederet, suum et dicti nostri Monasterii utilitatem et comodum tractaturus.[13] Ad quam emulgationem nullus comparuit coram nobis, qui ecclesiam ipsam cum iuribus, rationibus, proprietatibus et pertinenciis suis predicto modo vellet recipere, et tandem vel plus de eius[14] proventibus nobis vellet obferre: per plures dies ettiam expectantes; considerantes ac perspicientes in hoc uti-

litatem et comodum ipsi nostro Monasterio procurare; omnibus sollepnitatibus observatis que in talibus requiruntur ut constitit, de comuni voluntate nostra, omniumque nostrum consilio et provisione muniti, dedimus et concessimus predicto presbitero Iohanni, in vita sua, tam predictam ecclesiam Sancti Nicolai de Pirgario, cum vinea, terris, arboribus et omnibus aliis iuribus, rationibus, proprietatibus et pertinenciis suis spectantibus dicte ecclesie. Similiter dedimus et [15] concessimus predicto [16] presbitero Iohanni in vita sua terram oleveti nostri Monasterii, existentem in Flomaria subtus predicte ecclesie, predicto modo; salvo nihilominus, quod fructus et redditus ipsarum olivarum nostrum Monasterium semper debet recipere et habere. Ita quod idem presbiter Ioannes predictam ecclesiam reparet vel reparari faciat, et domus ibidem existentes, vineam de novo plantet vel plantari faciat predictos quadraginta pedes olivarum, viridarium colere et omnes arbores domesticos suis propriis subtibus et expensis; et de proventibus ipsius ecclesie solvat nobis, seu nostris successoribus in predicto Monasterio, in predicto festo, tarenos auri quatuor anno quolibet nomine census pro causa predicta, et ipse presbiter Iohannes tenetur nobis et successoribus nostris in duobus festis anno quolibet ad nostrum Monasterium personaliter se conferre, causa reverentie [17] et honoris, videlicet in festo Sancti Philippi quod est mense madii, duodecimo eiusdem, et in festo predicte Sancte Crucis.

Quam vineam plantare [18] et pedes olivarum, ecclesiam reparare et domus predictas, predictus presbiter Iohannes sponte promisit hinc [19] ad annos quatuor, videlicet per totum annum proximo futurum, anni septime inditionis, exequi ei complere. Et si forte deficeret in reparatione dicte ecclesie et domorum, necnon vineam plantare et predictos pedes quadraginta olivarum immortales in termino predicto: quod liceat nobis et successoribus nostris predictam ecclesiam cum juribus, rationibus, proprietatibus et melioramentis suis ad manus [20] nostri monasterii revocare. Ad quos predictos quatuor tarenos solvendos dicto nostro Monasterio, idem presbiter Iohannes dum vixerit, coram predictis iudice et notario, se sollepniter obligavit; ita quod si cessaverit per biennum in solutione tarenorum auri quatuor dictorum, [21] quod liceat nobis et successoribus nostris auctoritate propria, sine magistratus decreto et licentia Curie, predictam ecclesiam cum omnibus juribus, rationibus, proprietatibus et pertinentiis suis ac melioramentis suis intrare et capere, et ad jus dominium proprietatem dicti nostri Monasterii libere revocare; non obstante absentia, presentia vel contra-

ditione ipsius presbiteri Iohannis, necessaria [22] probabili propinqua ettiam vel remota. Et post eius obitum predicta ecclesia cum juribus, rationibus, proprietatibus et pertinenciis suis, ad ius, dominium et proprietatem dicti nostri Monasterii libere revertatur. Et ex ea causa, de predicta ecclesia cum iuribus et pertinentiis suis eumdem presbiterum Iohannem per nostrum anulum investivimus, et in corporalem possessionem induximus ad ipsam ecclesiam, habendi, tenendi et possidendi per eum modo predicto.

Quam ettiam ecclesiam cum juribus et pertinentiis suis predictis tenemur [23] et deberemus, convenimus, et promictimus [24] per stipulationem sollepnem per nos et successores nostros in dicto Monasterio, eundem predictum presbiterum Iohannem defendere, discalupniare, [25] retrahere et liberare ab omni calupniante persona, et predictam concessionem, et omnia et singula supradicta firmiter attendere et observare, et in nullo contravenire; sub obligatione omnium bonorum dicti nostri Monasterii habitorum et habendorum. Renunciantes excepitioni omni, auxilium juris et facti, exceptioni doli et in facto, conditioni sine causa, privilegio fori, et omnibus aliis et singulis juribus scriptis et non scriptis, quibus contra predicta venire, vel nos tueri, vel juvari possemus.

Unde ad futuram memoriam, et predicti presbiteri Iohannis de predicta donatione et concessione cautelam, presens puplicum instrumentum factum est per manus mei qui supra Pandolfi Notarii. nostrorum supradictorum judicis et notarii puplici signis et subscriptionibus, ac subscriptorum testium testimonio roboratum.

Actum in Sancto Marco; anno, mense, die et inditione premissis.

† Ego qui supra Nicolaus de Vacaro judex predicte terre Sancti Marci, predicta interfui et testor.

† Εγῶ νιηολάος πανδόλφος μάρτυρ ὑπεγραψα.

† Εγῶ μελέτιοσ εὐτελής ἡγούμενος μονῆς ἁγίου φιληππου τόν δεμέννον τά ἀνοτέρω μάρτυρ ὑπέγραψα ὑδίω χειρὸς.

† Εγο ἰάκοβος εῶτελής μόναχος κατά τήν ἡμὲραν ἐκλησιαρχής τα ἀνοτερω μαρτυρῶ.

† Εγώ ἀδελφός διονίσιος εὐτελῆς ἱερομόναχος τὰ ἀνοτερω μαρτυρῶ.

† Εγώ πανκρατιος εὐτελῆς ἱερομόναχος τα ἀνοτέρω μαρτυρῶ.

† Εγώ ἀδελγός νεόφιτος εὐτελῆς μοναχός τὰ ἀνοτέρω μαρτερῶ.

† Ego qui supra Pandolfus de Pandolfo regius puplicus notarius terre Santi Marci, presens scriptum puplicum scripsi et meo signo signavi.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1305. — N. 29.

De Sancto Nicolao de Mirto de Pergara concxessu a presti Iohanni Nichiforu.

Item. — La ecclesia di Santo Nicola di Mirto fu concessa a uno preti, reservato pri lo Monasterio di Sancto Philippo lu fructu di li olivi, et quod sia obligato lo emphiteota pagari a detta ecclesia ogni anno tarì quatro di censo.

Item. — Concessio Ecclesiae Sancti Nicolai de pergario cum omnibus juribus et pertinentiis suis facta a Meletio Abbate Sancti Philippi Fragalatis cuidam Presbitero Ioanni de Niciforo.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

1 Conversus. — 2 Proventibus. — 3 Tam quia per tantarum. — 4 Tum. — 5 Spectantes. — 6 Quia. — 7 Reedificàtam. — 8 Pertinere. — 9 Vellat scilicet. — 10 *Manca.* — 11 Feceret vel plantaret. — 12 Eidem. — 13 Tractaturum. — 14 Eis. — 15 *Manca.* — 16 Eidem dicto. — 17 Recreationis. — 18 Plantatam. — 19 Habere. — 20 Ad nutum. — 21 Dare. — 22 Nec cem. — 23 Teneremus. — 24 Permittimus. — 25 De calupnia et.

VII.*

S. Marco 1310. Maggio 10. Ind. IX.

Melechio, Abate di San Filippo di Val di Demina, concede a vita a Maestro Oddone figlio di Costa Lampasi di San Marco una casa del Monastero per il censo di grani dieci d'oro coll'obbligo di migliorarla.

In nomine Domini amen. Anno Dominice Incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo decimo mense madii, vicesimo eiusdem, none inditionis.

Regnante serenissimo Domino nostro, Domino Rege Friderico tercio, regni vero eius anno quintodecimo, feliciter amen.

Nos frater Melechius humilis Abbas Monasterii Sancti Philippi de Valle Demine, cum consensu et voluntate conventus nostri Monasterii, in presencia notari Nicolai Policarpi, judicis terre Sancti Marci, Pandolfi de Pandolfo regii puplici eiusdem terre notarii, et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum. presenti scripto puplico notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod, attendentes utilitatem et comodum dicti nostri Monasterii, cum consensu et voluntate predicti nostri conventus, dedimus et locavimus ac concessimus magistro Oddoni, filio quondam magistri Costa Lampasi, habitatori predicte terre Sancti Marci, toto tempore vite sue ad annum censum granorum auri decem ponderis generalis, quandam domum dicti nostri Monasterii.

---

* Questa pergamena alta cm. 29, larga cm. 31 ½, macchiata in qualche parte, ha una scrittura di forma corsiva gotica notarile.

Le firme del giudice e dell'abate, non che quelle dei testimoni, sono in greco. Manca la firma del notaro che dovea trovarsi, come d'uso, in fine della pergamena, la quale è evidentemente tagliata.

stitam in predicta terra Sancti Marci, subscriptis finibus limitatam, cum suis juribus omnibus habendi, tenendi et possidendi ac utifruendi.

Quod censum predictus magister Oddo tenetur et debet annis singulis, vel anno quolibet, nobis et successoribus nostris integre persolvendum; tali pacto, quod predictus magister Oddo eandem domum debet construere, vel construi facere, et solerari facere suis propris subtibus et expensis, et eam debet tenere, possidere et gaudere in vita sua tantum; et post mortem suam predicta domus, cum omnibus eddificiis et melioramentis suis, ad nostrum Monasterium debet remanere. Salvo semper nichilominus quod predictus magister Oddo in vita sua predictum censum granorum auri decem anno quolibet nostro Monasterio debet integre exibere; et si cessaverit in solutione predicti census per biennium, liceat nobis et successoribus nostris domum ipsam cum suis melioramentis, auctoritate propria sine magistratus decreto intrare, capere et ad manus, jus et dominium dicti nostri Monasterii revocare.

Nos enim et Conventus noster convenimus et promittimus per stipulationem sollepnem, per nos et successores nostros, predictam domum infra tempus vite predicti magistri Oddonis defendere, discalupniare, liberare ab omnibus personis ecclesiasticis et secularibus, puplicis et privatis, predictam concessionem et locationem ratam et firmam habere, tenere et in nullo contravenire; sub obligatione omnium bonorum dicti nostri Monasterii, et proinde, omnia observanda et confirmanda, obligavimus nos ad penam Regie Curie unciarum auri decem, si contra predictum magistrum Oddonem in vita sua molestiam aliquam de domo predicta inferamus, vel per alios inferri faciamus; predicto vero censu in omnibus et per omnia semper salvo. Renunciantes expressim omni auxilio juris et facti, exceptioni doli et in facto, epistole divi Adriani, Senatus Consultis. Fines vero predicte domus sunt hii; ex una parte est domus Presbyteri Iohannis Fabri, ex altera est domus quondam Nicolai Palini, et justa viam puplicam et si qui alii sunt confines.

Unde ad futuram memoriam et tam dicti nostri Monasterii certitudinem, quam predicti magistri Oddonis cautelam, facta sunt duo consimilia puplica instrumenta, unum quorum debet esse nostro Monasterio, et aliud penes predictum magistrum Oddonem, per manus prefati notarii Pandolfi, regii puplici terre Sancti Marci notarii; nostrorum supradictorum Abbatis et Conventus signis et subscriptionibus, ac notarii et judicum testimonio roborata.

Actum apud Sanctum Marcum anno, mense, die et inditione premissis.

† Καγῶ ἀναγραφίς νοτάριος νιχολάος πολιχάρπος ὁ κατά τόν καιρὸν. . . . .
χώρας ἁγίου μάρκου τὰ ἀνώτερα μαρτυρῶ ἠδιοχείρως.

† Εγώ μελέτιος εὐτελής καὶ ανάξιος ἡγούμενος μονῆς ἁγίου φιλίππου. . . . .
τὰ ἀνότερα στέργω.

† ϊακοβ εὐτελής ϊερομόναχος τὰ ἀνώτερα μαρτυρῶ.

† Εγώ ἀδελφός νεόφητος εὐτελής ιερωμόναχος ηαὶ κατά την ιμέραν εκλησιάρχα στέργω καὶ μαρτυρῶ.

† Εγώ ἀδελφός πανκράτιος εὐτελής μόναχος τὰ ἀνότερα στέργω καὶ μαρτυρῶ.

† Εγώ ἀδελφός βαρϑωλομαίος ηερομόναχος τὰ ἀνότερα στέργω καὶ μαρτυρῶ.

† Εγώ .... μαρτυρῶ.

† Εγώ ....

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1310. —

Contrattu di una casa di lo monasteiro in Santo Marco concessa a Maestro Adonu pri grana dechi l'annu.

Item. — Concessio cuiusdam domus in terra Sancti Marci facta a fratre Melecio, Abbate Monasterii S. Philippi Fragalatis, in personam magistri Adonu habitatoris praedictae terrae, pro pretio annui census granorum auri decem.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

VIII.*

Ficarra 1331. Gennaro 5. Ind. XV.

Nimfo, Abate, dà a mutuo a Nicolò di Alaberto onze cinque di oro da restituirsi a 15 agosto dello stesso anno, colla fideiussione di Nicolò di Ansaldo e Matteo di Granato.

In nomine Domini nostri Iehsu Christi amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo primo, mense januarii, quinto die mensis eiusdem, quinte decime indictionis.

Regnantibus serenissimis Dominis nostris, Dominis Dei gratia regibus Sicilie, Illustrissimo Domino Rege Friderico regni sui anno tricesimo sexto, ac Inclito Domino Rege Petro secundo regni sui anno undecimo, feliciter amen.

Nos Reccardus de notario Mattheo Scabrachii judex terre Ficarre, Guilelmus de Proto regius publicus eiusdem terre Ficarre et Casalium sui districtus notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati. Presenti scripto publico notum facimus et testamur, quod Frater Nimphus, habbas Monasterii Sancti Philippi de Vallis Demine, mutuavit et nomine mutui dedit, tradidit et assignavit Nicolao de Alaberto, de predicta terra Ficarre, in bonis perperialibus argenteis justi ponderis, uncias auri quinque, quas dictus Nicolaus debitor recepit integre, habuit ac confessus est se presentialiter recepisse et integre habuisse ex causa mutui eiusdem a dicto fratre Nimpho Abbate creditore. Renunciando exceptioni doli, non ponderatorum perperialium, seu dictarum un-

---

* La pergamena è alta cm. 40, larga cm. 18, sbiadita e tarlata in varii punti. La scrittura è minuscola corsiva gotica notarile di tipo differente dalle precedenti.

ciarum auri quinque non habitarum, non receptarum aut non numeratarum, actioni, exceptioni deceptionis, et cuilibet legum vel canonum, et omni juri scripto et non scripto.

Quas predictas uncias auri quinque, dictus debitor sponte tenetur et debet, ac convenit et promisit, per se et heredes suos per stipulationem sollepnem, predicto creditori sibi et suis heredibus integre dare, tradere, restituere et assignare in pecunia numerata, auri vel argenti in solitum, et non in aliis rebus, hinc usque per totam medietatem mensis augusti proximi futuri predicte quinte decime inditionis. Obligando sibi proinde pignora omnia bona sua, tam mobilia quam stabilia ubicumque melius apparentia.

Pro quoquidem predicto Nicolao debitore, de solvendis et integre assignandis predicto creditori, predictis unciis auri quinque, in termino supradicto, in pecunia numerata et non in aliis rebus ut supra, Mattheus de Granato et notarius Nicolaus de Ansaldo, de predicta terra Ficarre, sponte et sollepniter fideiusserunt; renunciando juri primo de principale conveniendo, et cuilibet legum et canonum, actioni, exceptioni deceptionis et omni juri scripto et non scripto. El propterea dictus debitor voluntarie juravit ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tacto libro, omnia suprascripta firmiter attendere et inviolabiliter observari.

Unde ad futuram memoriam, et dicti Fratris Nimphi Abatis creditoris ac heredum suorum cautelam, factum est exinde presens publicum instrumentum, per manus mei predicti notarii, nostrum qui supra judicis et notarii et testium subscriptorum, subscriptionibus et testimonio communitum.

Actum Ficarre, anno, mense, die et inditione premissis.

† Ego Recardus de notario Mateo Scabrachii qui supra judex predicte terre Ficarre testor.

† Ego Iohannes Guillelmi de Gofrido testor.

† Ego Iacobus Nicolaus Morabitus testor.

† Ego presbiter Guillelmus de Guero testor.

† Ego Guillelmus de Protho qui supra, regius publicus terre Ficarre et Casalium sui districtus Notarius, rogatus premissa scripsi.

† Ego presbiter Guillelmus de Gutio, Notarius Nicolaus de Ansaldo, Iohannes Guillelmi de Goffrido, Iaconus Nicolaus de Caroso, Iacobus Nicolaus de Morabito.

Nel dorso della pergamena leggesi : — 1331. — N. 32.

— Mutuo di onze cinque imprestati per lo Abbati di lo Monasterio di Santo Philippo di la terra di Ficarra per atto in notario.

Item. — Contractus mutui inter Abatem Ninphum Sancti Philippi de Fragalà et Nicolaum de Aliberto de terra Ficarae.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

IX.*

S. Filippo d'Argirò 1331. Maggio 11. Ind. XIV.

Filippo di S. Pietro e Margarita sua moglie, di Argirò, vendono ad Ysmirilgna, vedova di Nicolò Mardalla, del Casale di Mirto, la metà di una casa, ed una vigna, sita nel detto territorio, per due onze di oro.

In nomine Domini amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo tricesimo primo, die mensis Madii undecimo eiusdem, quartedecime inditionis.

Regnantibus Serenissimis Dominis, Dominis nostris Dei gratia Regibus Sicilie, Illustri Domino Rege Friderico regni sui anno tricesimo sexto, et Inclito Domino Rege Petro secundo regni eius anno undecimo, feliciter amen.

Nos Symon de Stabono judex terre Sancti Philippi de Argirione, Palmerius de Mauro regius puplicus dicte terre Sancti Philippi notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati. Presenti scripto puplico instrumento notum facimus et testamur, quod Philippus de Sancto Petro et Margarita jugales, habitatores terre Sancti Philippi, de Argirione, sponte, non vi choacti, non dolo ducti, non metu oppressi, nec persuasionis errore subducti, sed omui eorum consilio et provisione firmiter premuniti, vendiderunt et per lapidis assignationem assignaverunt, prout moris est dicte terre Sancti Philippi, Ysmirilgne mulieri uxori quondam Nicolai Mardalla, habitatrici Casalis Mirti, presenti et ementi pro se suis-

* La pergamena è alta cm. 41, larga cm. 19 e conservasi in buono stato; la scrittura è corsiva gotica notarile. Vi sono le firme autografe del giudice, del notaro e di tre testimoni; altri tre testimoni dichiarano non saper scrivere e per essi firma il notaro.

que heredibus in perpetuum recipienti medietatem unius domus divise, stite et posite in predicto Casali, juxta domum dicte emptricis ex uno latere, et juxta domum Philippi de Carunico ex alio, viam puplicam et alios fines. Nec non vineam unam stitam et positam in eadem terra et territorio Mirti, juxta vineam Iohannis de Gregorio ex uno latere, et juxta vineam Iohannis de Salvo ex alio et juxta vineam Iohannis Mardalla et alios fines; cum omnibus juribus, rationibus, proprietatibus, introytibus et exitibus suis.

Pro pretio et nomine pretii unciarum auri duarum ponderis generalis, quas dicti venditores ab eadem emptrice presentialiter confessi sunt recepisse, et integre habuisse pro certo finito pretio et integro pagamento domus et vinee antedictarum. Renunciando super hoc dicti venditores exceptioni doli, predicte pecunie non habite, non numerate, non recepte, non bene ponderate, seu non boni auri vel argenti.

Et propterea omne jus, dominium, proprietatem et potestatem domus et vinee antedictarum, predicti venditores a se suisque heredibus alienantes et transferentes in predictam emptricem eiusque heredes, perpetuo cesserunt, transtulerunt et remisserunt; dantes et concedentes dicti venditores, per se et eorum heredes, dicte emptrici et suis heredibus decetero plenam licentiam, et omnipharìam potestatem, predictas domum et vineam habendi, tenendi, possidendi, utifruendi et gaudendi, ipsasque vendendi, donandi, permutandi, alienandi et pro anima judicandi, et de eis et in eis quicquid eidem emptrici et suis heredibus tamquam de rebus propriis placuerit, libere faciendi proprietario jure et titulo venditionis presentis.

Promittentes et convenientes dicti venditores, per se et eorum heredes, dicte emptrici et suis heredibus, predicta bona defendere, guarentire, discalupniare, retrahere et liberare ab omnibus et singulis calupniantibus personis, tam puplicis quam privatis, tam consanguineis quam extraneis, debito, questione, molestia et obligatione, et de evictione teneri promiserunt: et si contrafecerint in premissis, vel in aliquo premissorum, sponte se obligaverunt dicti venditores, per se et eorum heredes dicte emptrici et suis heredibus, ad penam dupli dicte pecunie Regie Curie, persolvende mihi notario puplico penam ipsam pro parte ipsius Curie sollemniter stipulanti, et eidem emptrici et suis heredibus reficere et resarcire omnia dapna, litis expensas et interessa, propterea factas et faciendas in Curia et extra, rato manente pacto obligando proinde

dicti venditores pignoris nomine eidem emptrici omnia bona eorum, mobilia et stabilia, presentia et futura, ubicumque melius apparentia; presente nihilominus venditione firma, stabili, irrevocabili, perpetuo permanente. Renunciando penitus et expressim dicti venditores omni auxilio juris et facti, exceptioni doli, et in factum, conditioni sine causa, privilegio fori et epistole divi Adriani, et legi si convenerit; et specialiter dicta mulier renunciavit auxilio Senatusconsulti Velleyani, beneficio restitucionis in integrum; certiorata prius predicta mulier a judice et notario memoratis, quod sic dictum, et omnibus et singulis aliis generaliter juribus, legibus, consuetudinibus scriptis et non scriptis, quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire valerent, et tacto corporaliter libro juraverunt ad Sancta Dei Vangelia, predicta omnia et singula firma habere, tenere et inviolabiliter observare, et in nullo contravenire.

Unde ad futuram memoriam et dicte emptricis suorumque heredum cautelam, factum est exinde presens puplicum instrumentum, per manus mei predicti notarii regii puplici, signo et subscriptione meis solitis, et subscriptorum judicis et testium subscriptionibus roboratum.

Actum in terra Sancti Philippi de Argirione, anno, mense, die, inditione premissis.

† Ego Symon de Stabono qui supra judex interfui et me subscripsi.

† Ego Raynaldus de Agno interfui et me subscripsi.

† Ego Nicolaus de Nucerario Andrea interfui et me subscripsi.

† Ego Peronus de Nassello interfui me subscripsi.

† Ego Philippus Carunicus. † Ego Dominicus Mirenzi. † Ego Iohannes Canama, testes, scribere nescientes, nos in hoc per manus predicti notarii subscribi fecimus, interfuimus et predicta testamur.

† Ego Palmerius de Mauro qui supra regius puplicus dicte terre Sancti Philippi notarius rogatus hoc scripsi, et meo solito signo signavi.

Nel dorso della pergamena leggesi. — 1331. — N. 33.

Sumptu lu privilegiu chi una bona donna accaptau certa vingna et mità di casa da uno di Santo Philippo di Argironi a Mirto.

Item. — Philippus de Sancto Petro et Margarita jugales, habi-

tatores terre Sancti Philippi de Argirione, vendiderunt, cuidam, medietatem domus unius, sitae in terra Mirti.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

X.*

Randazzo 1335. Giugno 29. Ind. III.

Costa Russo e Prancato Crassa di Frazanò, abitatori del Casale di Bolo, ad istanza di Anichio, Abate del Monastero di San Filippo di Fragalà, confessano nella Curia del Giustiziere di Castrogiovanni e Demina, di dovere al detto Monastero tarì quattro d'oro ognuno all'anno, come dritti ascrittizî per ragione di villanaggio.

In nomine Dei eterni, amen. Anno Incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo quinto; mense Iunii, vicesimo nono eiusdem, tercie Indicionis. Regnantibus Serenissimis Dominis, Dominis nostris Regibus Sicilie Illustri Domino Rege Friderico regni sui anno quatragesimo et Inclito Domino Rege Petro Secundo regni eius anno quintodecimo feliciter amen. Coram nobis Iohanne de Minutis judice Randacii, Iohanne Traversa [1] regio puplico eiusdem terre notario et testibus subscriptis ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Quod [2] dum olim inter religiosum virum fratrem Anichium, Venerabilem Abbatem Monasterii Sancti Philippi de Valle Demini ex una parte, et Costam Russum et Prancatum Crassa de Frazano, habitatores Casalis Boli in curia domini Iusticiarii vallium Castrijohannis et Demine dicti anni presentis tercie Indicionis, in hunc modum lis et controversia verterentur. Petebat namque dictus dominus Abbas nomine proprio et nomine Conventus dicti sui Monasterii a dictis Costa et Prancato certa ascripticia iura ratione villanagii per eos et antecessores eorum debita dicto Mo-

* La pergamena, alta cm. 48 e larga cm. 18, conservasi in buono stato. La scrittura è corsiva gotica notarile di buona forma. Vi sono le firme autografe del giudice, dei testimoni e del notaro.

nasterio et Conventui ac Abbatibus ipsius Monasterii qui fuerint pro tempore retroacto et eidem domino presenti Abbati, et dicti Costa et Prancatus proponerint [3] ex adverso in eadem Curia, asserentes se ad dicta personalia servicia et villanagia non teneri. Tandem prefati Costa et Prancatus, cognoscentes dicti Domini Abbatis peticionem fore juxtam, eosque dicto Monasterio in aliquibus premissorum se et eorum antecessores teneri et fore obbligatos, sponte consencientes in nos qui supra judicem et notarium, tamquam in suos, cum prescirent nos suos non esse judicem et notarium, cesserunt liti et controversie supradicte, et per se, successores et heredes eorum promiserunt et convenerunt dicto domino Abbati, pro se et suis successoribus in dicto Monasterio, ac ipsi Monasterio et Conventui, anno quolibet solvere, tradere et assignare auri tarenos quatuor pro quolibet ipsorum et heredum suorum ad omnem requisicionem dicti domini Abbatis, successorum eius et Conventus Monasterii antedicti. Renunciantes excepcioni doli quod metus causa excepcioni, condicioni sine causa, in factum [4] accioni et omni alii juris et legum beneficio, scripto et [5] scripto *(sic)*, canonico et civili, quo se possent contra premissa de jure vel de facto aliqua racione tueri. Unde ad futuram memoriam et dicti domini Abbatis et successorum eius dictique Monasterii cautelam factum est sibi exinde presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo [6] solito et subscripcione nostris ac mei predicti judicis et subscriptorum testium subscripcionibus et testimonio roboratum.

Actum Randacii, anno, mense et indicione premissis.

† Ego Iohannes de Minutis judex qui supra testor.
† Ego notarius Berengerius de Taurello testor.
† Ego Thomasius de Manosa notarius testor.
† Ego notarius Philippus de Sancta Sophia testor.
† Ego Iohannes de Traversa [7] qui supra regius puplicus terre Randacii notarius premissa scripsi.
Iudex Frankinius Bisgauda. [8]
Notarius Iohannis de Gregorio, Iudex Symon de Messanà.
Notarius Thomasius de Banosa.
Notarius Philippus de Sancta Sophia et Mainnucius de Ausilio.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1335. —

Costa Russo et Prancatus Crassa rationi villanagi sese obliga-

runt fratri Annichio, Abbati Monasterii Sancti Philippi Fragalatis, eiusque successoribus. ratione vere quotannis tarenorum auri quatuor.

Item. — Pri li giuri vellanagii di dui una hanata Costa et laltro Prancato ad ragioni di tari quatro lanno che diveno a lo Monasterio di Sancto Philippo.

Item. — Instrumentum fratris Anichii, Abbatis Monasterii Sancti Philippi de Valle Demina.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato in questo Archivio di Stato.

[1] Travisa. — [2] *Manca.* — [3] Proposuerunt. — [4] *Manca.* — [5] Non. — [6] Sigillo. — [7] Travisa. — [8] *Mancano le ultime quattro firme.*

XI. *

Randazzo 1338. Febbraro 8. Ind. VII.

Roberto di Corilione e Francesca sua moglie, in retribuzione dei beneficii ricevuti dal Monastero di S. Filippo di Melitiro, donano irrevocabilmente tra vivi ad Anichio Abate un pezzo di terreno sito nel territorio di Randazzo.

In nomine Domini amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo tricesimo octavo, mense Februarii, octavo eiusdem, septime inditionis.

Regnante Serenissimo Domino, Domino nostro Rege Petro secundo Dei gratia Illustri Rege Sicilie, regni sui anno decimo octavo, feliciter amen.

Coram nobis Guillelmo Bivaqua judice Randatii, Bartholomeo de Iohanne Lanerio [1] regio puplico eiusdem terre notario, et testibus subscriptis ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Cum in fide Christi multa et varia sint opera caritatis, set inter ea que credunt saluti animarum prodesse, largitio venerabilibus locis, Deo dicatis, sine tuba incantatione [2] erogata, locum ottinet potiorem: in hiis enim Deus colitur et pecatorum datur remissio, et Dei potentia a fidelibus invocatur, eiusque misericordia ab eisdem ampliori munere dilatatur. Ac [3] itaque Robbertus de Corilione et Francisca uxor eius, habitatores Randatii, Deum habentes preoculis in remedio et pro remedio peccatorum eorum, et animarum suarum. et eorum parentum salute; reducentes ad memoriam sanctam [4] benefitia que a Monasterio beati Philippi de Militiro, Vallis Demine, in eorum necessitate susceperunt multotiens, et salutem reveren-

* La pergamena è alta cm. 41, larga cm. 22 $^1|_2$; conservasi in buonissimo stato e presenta una scrittura minuscola corsiva gotica notarile, di bella forma.

cium importantes; tam intuytu dicti Monasterii, quam honestitatis [5] et reverentie fratris Anicky, venerabilis Abatis dicti Monasterii, in nostri presentia constituti, de eorum bona et grata [6] voluntate; et deliberatione sapienti preabita, de comuni voluntate eorum ex causa donationis inrevocabiliter [7] inter vivos facte; pure, libere et absolute, et absque conditione aliqua et contraditione et alicujus obstaculo quovis, [8] donaverunt, dederunt, et per fustem corporaliter tradiderunt, et firmiter et [9] in perpetuum habere concesserunt dicto fratri Anichyo, venerabili Abati dicti Monasterii, recipienti nomine et pro parte dicti Monasterii, et eidem Monasterio, et suis successoribus, totam et integram quandam petiam terre eorum vacuam, sitam in territorio predicte terre Randatii, in contrata de terris vivis et pontis Symonis de Mansa, juxta terras Nicholai de Homodeo, secus terras domini Riccardi Pancica, [10] viam et alios confines: cum omnibus juribus, justitiis, rationibus, proprietatibus [11] et pertinentiis suis, ad dictam petiam terre spectantibus, nullam nullam *(sic)* propterea [12] eisdem donatoribus jure reservato.

Dantes et concedentes eidem Monasterio et suis successoribus plenam licentiam et liberam potestatem, predictam petiam terre cum omnibus suis juribus supradictis, habendi, tenendi, possidendi, utifruendi, gaudendi, ipsamque donandi, ad annum censum permutandi, alienandi, et de ea et in ea quicquid dicto Monasterio Abati et suis successoribus placuerit in perpetuum, tamquam de re dicti Monasterii faciendi, proprietario [13] jure et titulo donationis presentis. Et propterea omnia jura, omnesque actiones reales et personales, utiles et directas et mixtas, tacitas vel expresass, que et quas dicti jugales donatores habent, et habere possent, seu habere sperant aliquo tempore in futurum quocumque modo, jure, vel causa et titulo quocumque, in dicta petia terre et suis juribus omnibus supradictis, dederunt, cesserunt, [14] transtulerunt et remiserunt expressim in dictum Monasterium et suis successoribus. Constituens [15] ipsum Monasterium et suos successores exinde procuratorem [16] in rem suam, ut possit [17] inde agere, causari, excipere, replicare uti in experiri contingerit ipse, et omnia et singula facere et [18] exercere utilia et directa; que verus dominus et patronus facere posset et debet de re sua propria, et que [19] ipsi idem jugales donatores facere possent, si presentem donationem et alienationem dicte petie terre aliquatenus non fecissent; et ratum habere promiserunt et firmum, sub ypoteca rerum suarum, quicquid dictum Monasterium et successores suos in premissis omnibus et circa premissa eorum nomine et pro parte duxerint faciendum.

Quam donationem et omnia et singula supradicta, dicti donatores convenerunt et promiserunt per stipulationem solemnem eidem Abati et successoribus suis, semper et in perpetuum rata et firma habere, tenere, observare et in nullo contravenire, nec ea revocare a predicto Monasterio et suis successoribus aliquo modo, jure vel causa et titulo quocumque, seu vicio ingratitudinis, vel offense illate, vel inferende eisdem donatoribus a dicto Abate vel suis successoribus; seu jure necessitatis vel senectutis, vel si donatores ad inopiam vergant; [20] vel aliquo casu legis, per quam perfecta donatio revocatur, propter filios natos et nasciturος; quibus legibus, juribus et casibus dicti donatores renunciaverunt expressim. Quod [21] si contrafecerint in predictis, vel in aliquo predictorum, sponte se obligaverunt ad penam unciarum auri decem dicto Abati et suis successoribus, pro se et suis successoribus, legitime stipulanti, solvendarum solemni [22] promissa, et teneri eidem Monasterio ad omne dapnum, interesse et expensas propterea factas et faciendas in Curia vel extra Curiam, obligando proinde eidem Monasterio omnia bona eorum.

Renunciando expressim in hiis omnibus exceptioni doli, conditioni sine causa in factum, privilegio fori, et legi si convenerit; et dicta mulier [23] renunciavit [24] expresse beneficio restitutionis in integrum, auxilio Velleyani Senatus Consulti, et juri ypothecarum; certiorata prius [25] exinde dicta mulier [26] de omnibus ipsis juribus quod sic [27] dictum per me predictum notarium, et omni auxilio juris et facti, auxilio legum, constitutionum, consuetudinum, exceptionum et allegationum, et omnibus et singulis generaliter juribus scriptis et non scriptis, quibus contra predicta venire posset.

Unde ad futuram memoriam, et predicti Monasterii et successorum suorum cautelam, factum est sibi [28] exinde presens publicum instrumentum, per manus mei predicti notarii Bartolomei, nostris subscriptionibus roboratum.

Actum Randatii anno, die, mense et inditione premissis.

† Ego Guillelmus Bivaqua judex Randacii qui supra.

† Ego Thomasius de Mauro [29] notarius testor.

† Ego notarius Guillelmus de Ridolfo testor.

† Ego Bartholomeus de Iohanne Lanerio regius puplicus terre Randacii notarius premissa scripsi.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1338. — N. 34.

Donationi privilegio di uno pezu di terra a Randazo fatta a lo Monasterio de Santo Philippo.

Item. — Donatio cujusdam petie terre in territorio Randatii facta a Roberto et Francisca de Corilione Abati et Monasterio de Sancto Philippo de Fragalà.

Item.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

[1] Lancio. — [2] Incunctanter. — [3] Sic. — [4] Suam. — [5] Honestatis. — [6] Gratuita. — [7] *Manca.* — [8] Questionis. — [9] *Manca.* — [10] Ponticiis. — [11] Proventibus — [12] Perpetuo. — [13] Procuratorio. — [14] Concesserunt. — [15] Constituentes. — [16] Procuratores. — [17] Possint. — [18] *Manca.* — [19] Prout. — [20] Vergunt. — [21] *Manca.* — [22] Solemniter. — [23] *Manca.* — [24] Renunciando. — [25] Presens. — [26] *Manca.* — [27] Sint. — [28] *Manca.* — [29] Thomas de Bavoso.

XII.*

Messina 1339. Gennaro 24 Ind. VIII.

Quietanza rilasciata da Leone de Cuminali da Taormina ad Annikio Longo, Abate del Monastero di S. Filippo di Valdemona, in saldo di qualsiasi debito del detto Monastero, e principalmente in saldo del prezzo di due vigne, site nel territorio di Randazzo, al medesimo vendute.

In nomine Domini amen. Anno Incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo nono, vicesimo quarto die mensis januarij, octave indicionis. Regnante Serenissimo Domino, Domino nostro Rege Petro secundo, Dei gratia Excellentissimo Rege Sicilie, regni eius anno nono decimo feliciter amen, Coram nobis Maynicco Taccono, [1] Iudice nobilis Civitatis Messane, Bon [2] Iohanne de Leone de Messana, regio puplico eiusdem nobilis Civitatis, terre Melacij ac terrarum et locorum tocius plani dicte terre Melacij notario, et testibus subnotatis ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Leo de Cuminali, habitator terre Tauromenij, consenciens prius in nos predictos judicem et notarium tamquam in suos, cum sciret ex certa sua consciencia nos suos non esse, presente [3] ibidem petente [4] et cum interrogante [5] honesto et venerabile fratre Annikio Longo, Abbate Monasteri Sancti Philippi de Valledemine, tam pro [6] se, suo proprio nomine, quam nomine et pro parte dicti Monasteri et tocius Conventus ipsius Monasterij, animo quietandi, liberandi et veritatem confirmandi, sollemniter et legitime sponte confessus est, se presencialiter [7] recepisse et integraliter habuisse ab eodem honesto ve-

---

* La pergamena è alta cm. 39 e larga cm. 23; si conserva in cattivo stato, sbiadita in varii punti, forata in molti altri. La scrittura è corsiva gotica notarile molto differente dal tipo che precede.

nerabile fratre Annikio Abbate, nomine quo supra, omnes illas et singulas pecuniarum et rerum aliquarum quantitates [8] quacumque ex causa recipere et habere debebat, quibuscumque contractibus, tam per puplica instrumenta notari, seu prothocolla, quam per alias forte [9] legitimas probaciones; [10] renunciando exceptioni doli predictorum pecunie [11] et rerum non ponderate, [12] non habite [13] vel non recepte [14] aut non numerate, [15] de quibus pecuniarum et rerum quantitatibus et juribus vel causis omnibus quibuscumque dictus Abbas, tam pro [16] se, suo proprio nomine, quam pro parte et nomine quo supra eidem Leoni a retrohactis temporibus usque ad diem presentem quacumque ex causa dare et solvere tenebatur, seu tenetur, et specialiter illam certam [17] pecunie [18] quantitatem dicto Leoni debitam per eundem Abbatem, nomine predicto, precij nomine duarum vinearum ipsius Leonis per eundem Abbatem ab eo, nomine predicto, emptarum sub certis convencionibus et pactis exinde inter eos, ut asseruerunt, [19] sollemniter celebratis, stitarum [20] in territorio terre Randacij collateraliter iuxta vineam presbiteri Symonis de Tavana [21] et secus vineam Philippi de Iohanne de Robberto et alios confines. Dictus Leo, vocans et tenens se ab eodem Abbate, nomine (quo supra), bene solutum, pagatum, contentum, quietum, quietatum et integraliter satisfactum, sponte absolvit, liberavit et quietavit per aquilianam stipulacionem et acceptilacionem sequtam [22] dictum Abbatem, Monasterium et eius Conventum ac bona eorum et cuiuslibet eorum omnia, necnon et successores eiusdem Monasterij ab omnibus et singulis juribus debitis et obligacionibus seu promissionibus et convencionibus quibuscumque, quibus eidem Leoni dictus Abbas, nomine quo supra, rationibus et causis predictis dare tenebatur seu teneri prius [23] usque ad diem presentem, faciens eidem Abbati, nomine quo supra, proinde pactum finalem, [24] quietacionem generalem et generalissimam et refutacionem omnimodam et finalem de aliquod aliud ulterius non petendo vel recipiendo per se, eius heredes vel alium nomine suo, seu molestando dictum Abbatem, nomine predicto, [25] eius successores, Monasterium et Conventum ipsius ac bona eius et cuiuslibet eorum predicto modo et forma predictis in toto vel in parte, in judicijs vel extra, summarie seu per libellum per se suosque heredes seu summissam vel interpositam personam pro eo vel habenti [26] ius et causam ab eo, nec [27] litem seu questionem movere nec petere vel repetere quacumque ex causa in judicijs vel extra. Et voluit quod si qua instrumenta notari, scripta puplica aut prothocolla puplica vel privata seu testes processu temporis apparere contingerit faciencia ad cautelam vel ad intencionem ipsius

Leonis, debiti sive cuiuscumque alterius contractus vel obligacionis aut cuiuscumque casus initi contra dictum Abbatem, Monasterium et Conventum eius ac bona ipsorum predicta statim [28] sint irrita et irritata et esse debeant cassa, sissa [29] (*sic*) et incisa et ex toto evacuata, et quod [30] nullas vires habeant seu valores in judicijs vel extra, sed pro cassis et evacuatis penitus habeantur ex sollempni pacto inito inter eos in limine contractus, ut constat. [31] Et promisit non uti si apparerent, et quod de premissis alicui alteri persone vendiciose in donacionem seu jurium cessionem aut contractum alium [32] non fecit [33] seu faciet de cetero aliquod nocivum vel nociturum; quam predictam quietacionem et omnia et singula supradicta predictus Leo sollemniter convenit et promisit per stipulacionem sollemnem per se et heredes suos, Abati predicto, nomine quo supra, semper firmam et ratam [34] habere et firmiter attendere observare et in nullo [35] contravenire, aliquo iure, causa vel modo, sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum (pres)enciun et futurorum, sub pena unciarum auri viginti predicto Abbati, nomine quo supra stipulanti, legitime componenda sollemniter promissa et teneri sibi. . . [36] promisit reficere sibi omnia dampna, expensas et interessa propterea facta et facienda [37] in Curia et extra. Ratis et firmis manentibus nihilominus omni(bus) . . . . [38] Renunciando expresse in hiis omnibus generaliter, juribus scriptis et non scriptis et legum auxiliis, quibus contra predicta vel aliquid predictorum venire pos(set) . . . specialiter . . . dictus Leo iuravit [39] eidem Abbati, nomine quo supra, ad Sancta Dei Evangelia omnia supradicta firmiter attendere, observare et in nullo [40] contravenire . . . me notario [41] et . . . . . . eidem [42] Abbati, nomine predicto, quam dicti Monasterij et eius Conventus et successorum ipsius Monasterij et omnium quorum interest et intererit. . . (Unde ad futuram memoriam) exinde [43] presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarij Bon Johannis, nostris subscriptionibus roboratum. Superius autem. . . (ab) rasum [44] et emendatum est non vicio ideo pro autentico habeatur. Item in superiori [45] proxima undecima linea . . . . pro autentico habeatur.

Actum Messane anno, mense, die et indicione premissis.

† Ego Mayniccus Tacconus [46] Judex Messane.
† Ego notarius generalis [47] de Panenico [48] testor.
† Ego Perronus Pacta testor.
† Ego Philippus de Vicencio testor.

† Καὶ ἐγώ νηφῶ εὐτελής ἵερευς μόναχος [49] τὰ ἀνότερα μαρτυρῶ.

† Ego Lancea de Maccarono testor.

† Ego Bon Johannes de Leone de Messana, regius [50] puplicus nobilis civitatis Messane, terre Melacij ac terrarum et locorum tocius plani dicte terre Melacij notarius, predicta scripsi et testor.

Nel dorso della pergamena leggesi:

Podixa di quietanza.

Lacune, varianti ed aggiunzioni che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

[1] Maynicto Tactono. — [2] Don. — [3] Presentes. — [4] Petentes. — [5] Interrogantes. — [6] Per. — [7] Manualiter. — [8] Quantitatem. — [9] Facto. — [10] Procuraciones. — [11] Pecuniarum. — [12] Ponderatarum. — [13] Habitarum. — [14] Receptorum. — [15] Habitarum. — [16] Per. — [17] Tertiam. — [18] Pecuniarum. — [19] Asseritur. — [20] Sitarum. — [21] Taccau. — [22] Sequentem. — [23] *Manca.* — [24] *Manca.* — [25] *Aggiunto* sive. — [26] Habentem. — [27] Non. — [28] *Manca.* — [29] Scissa. — [30] Atque. — [31] Confitetur. — [32] Aliquem. — [33] Faciat. — [34] Firmam et ratham. — [35] Nihilo. — [36] Supra nomine. — [37] Factas et faciendas. — [38] Supradictis. — [39] Iure. — [40] Nihilo. — [41] *Manca.* — [42] Predicto. — [43] *Manca da* « et omnia » *sino* « exinde. » — [44] *Manca.* — [45] Supra. — [46] Maynittus Cattonus. — [47] Guillelmus. — [48] Panerino. — [49] Ιερο. — [50] *Manca.*

XIII.*

San Marco 1339. Febbraro 6. Ind. VIII.

Franco di Marchisana di San Marco dona irrevocabilmente tra vivi ad Anichio, Abate di San Filippo di Val di Demina, una terra, sita in S. Elia ed un vigneto in contrada Croci.

In nomine Domini nostri Jesu Christi amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo nono, sexto die mensis februarii, octave inditionis.

Regnante Serenissimo Domino nostro, Domino Rege Petro secundo, Eccellentissimo Regni[1] Sicilie Rege, regni sui[2] anno decimonono, feliciter amen.

Coram nobis notario Iohanne de Rodopatre,[3] judice terre Sancti Marci, Nicolao de Rutido[4] regio puplico eiusdem terre notario, et aliis subscriptis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Presenti scripto puplico notum facimus et testamur, quod cum in fide Christi varia sint opera caritatis, sed inter ea que saluti prodesse credimus animarum, benefitiorum largitio venerabilibus locis et Deo dicatis, sine tubia incantatione[5] erogata, locum optinet potiorem; in hiis enim Deus escolitur, peccatorum remissio datur, et de potentia et fidelibus incoatur *(sic)*.

Hac itaque consideratione ductus, Francus[6] de Marchisana, habitator terre predicte Sancti Marci, necnon pro remedio peccatorum suorum, considerata etiam devotione[7] predictus Francus erga Abatie[8] Sancti Philippi de Valle Demine, et ideo suo moto proprio acerta sua servitia,[9] de sua bona gratuita et spontanea voluntate, nulla ne-

* La pergamena è alta cm. 40, larga cm. 15; sbiadita in qualche punto presenta una scrittura simile alle precedenti, minuscola corsiva gotica notarile con molte abbreviature e nessi.

cessitate cogente,[10] dolo vel fraude intervenientibus, pro solo Dei intuitu, non vi ductus nec metu[11] opressus, dedit, tradidit et assignavit nomine donationis inrevocabiliter inter vivos, pure, libere et absolute, per se suosque heredes, certa[12] bona stabilia stita et posita in tenimento et territorio predicte terre, videlicet terram unam integram stitam et positam in tenimento predicto, in loco qui dicitur Sancte Ilie,[13] prope terram Petri Gianui,[14] et prope ecclesiam dicte Sancte Ilie, et alios confines. Item vinealem unum stitum et positum in tenimento et territorio predictis, in loco qui dicitur Cruchi[15] prope viam puplicam et prope vineom[16] *(sic)* Sancti Nicolai de Cruchi, et prope vineam Nicolai Mutri, et alios confines. Que bona predicta pervenerunt dicto Franco donatori, nomine donationis, Scarini[17] de Ravioli socere[18] sui,[19] cum omnibus juribus proprietatibus et pertinentiis suis. Et ad majorem cautelam dicte Abbatie, dictus Francus donator per fustem posuit in possessionem venerabilem fratem Annichium Longum, humilem Abatem dicte Abatie, nomine et pro parte dicte Abatie; predicta bona dicta Abbatia decetero intrandi, tenendi, possidendi, gaudendi, permutandi, utifruendi, meliorandi,[20] et quicquit faciendi[21] tamquam verus dominus et patronus. Renuncians, dictus Francus donator exceptioni doli mali, conditioni sine causa, privilegio fori, et omnes actiones utiles et directas, et omnibus generaliter juribus scriptis et non scriptis, quibus contra premissa venire possit.

Promittens etiam dictus Francus donator, predictam donationem defendere ab omnibus et singulis personis de mundo, puplicis et prevatis et extraneis; et si forte dictus donator contrafecerit in premissis vel in aliquo premissorum, sponte obligavit ad penam persolvendam Regie Curie unciarum auri quatuor, mihi predicto notario pro parte ipsius Curie legitime stipulanti: qua pena comissi[22] soluta vel non, premissa omnia[23] in suo robore perseverent, et in predicta[24] Abatie tenere ad omne dapnum expensas et interesse, propterea facta et facienda in Curia vel extra, integre reficere et resarcire. Et ad majorem cautelam, dictus Francus ad Sancta Dei Evangelia juravit per se et suos heredes, predicta omnia vera essent,[25] ut superius scripta sunt, eaque firmiter attendere et inviolabiliter observare, et in nihilo contravenire.

Unde ad futuram memoriam et dicte Abatie cautelam, factum est presens exinde puplicum istrumentum, per manus mei predicti notarii nostrum qui supra judicis, notarii et testium subscriptorum signis subscriptionibus hoc testimonio roboratum. Actum aput terram Sancti Marci anno, die, mense et inditione premissis.

† Ego qui supra notarius Iohannes de Rodopatre judex predicte terre Sancti Marci, premissis rogatus interfui et testor.

† Ego Nicolaus Xexaricono testor.

† Ego Nicolaus di Nuckera testor.

† Ego presbiter Iohannes de Regno testor.

† Εγω ιερευς νικολαος φρανκος.

† Ego qui supra Nicolaus de Rutido, regius puplicus predicte terre notarius, premissis rogatus interfui, et hoc instrumentum scripsi et meo solito signo signavi.

Presbiter Nicolaus Francus — Presbiter Michael — Presbiter Iacobus de Mirto — Iohannes de Longo — Philippus de Ripario.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1339 — N. 35.

Donationi facta per uno di Santo Marco di certi beni in dicto territorio a lo Monasterio di Sancto Philippo.

Item. — Donatio quorumdam bonorum et cujusdam viridarii facta Abbati Sancti Filippi de Fragalà a Francisco de Marchisana habitator terrae Sancti Marcii.

Serius sripsit.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

1 *Manca.* — 2 Eius. — 3 Rodopaci. — 4 Ruail. — 5 Incunctanter. — 6 Franciscus. — 7 Considerans etiam devotionem. — 8 Predicti fructus erga Abbatem. — 9 Fiducia. — 10 Coactus. — 11 Dolo, fraude et metus. — 12 Tamen. — 13 Elic. — 14 Giaimi. — 15 Trudi. — 16 Turrim. — 17 *Manca.* — 18 Raudi soceri. — 19 *Manca.* — 20 Intrandum, tenendum, possidendum, etc. — 21 Facere. — 22 Commissa. — 23 Omnino. — 24 Ipsi dictae.. — 25 Asserere.

XIV.*

Randazzo 1340. Luglio 28. Ind. VIII.

Gregorio Coffatrigli, ad istanza di Anichio Abate, riconosce di esser villano ascrittizio del Monastero di S. Filippo, come lo erano stati per lo addietro i suoi predecessori.

In nomine Domini amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quatragesimo, mense Iulii vicesimo octavo eiusdem, octave inditionis.

Regnante Serenissimo Domino, Domino nostro Rege Petro secundo, Dei gratia Illustre Rege Sicilie, regni sui anno tricesimo. feliciter amen.

Coram nobis Iohanne Traversa judice Randatii, Bartolomeo de Iohanne Lanerio, regio puplico eiusdem terre notario, et testibus subscriptis, ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Gregorius Coffatrigli de Flazanò, habitator Casalis Galegre, consensiens in nos predictos judicem et notarium, tanquam in suos, cum sciret ex certa sua coscentia nos non esse suos judicem et notarium, in hac parte presente, instante, hoc petente, et interrogante religioso viro fratre Anichio, venerabili Abbate Sancti Philippi de Valle Demine; sponte confessus est se et antecessores suos ab antiquo fuisse et esse villanos et ascriptitios, et ipsum villanum et ascriptitium dicti Monasterii, et de glebe villanorum dicti Monasterii ortum et natum; et teneri dicto Monasterio ad personalia servitia, ut villanus et de glebe villanorum. Renunciando exceptioni doli, quod metus causa dantis contractui, vel incidentis in contractum, conditioni sine causa, beneficio libertatis.

* La pergamena è alta cm. 35, larga cm. 17, conservasi in ottimo stato e presenta un bel tipo di minuscola corsiva gotica.

Et propterea dictus Gregorius, ut villanus dicti Monasterii, convenit et promisit per stipulationem sollemnem dicto Abbati, pro se et pro parte et nomine dicti Monasterii, legitime stipulanti, in vita sua anno quolibet personalia servitia consueta, sibi et successoribus suis prestare Monasterio prelibato; obligans proinde dicto Monasterio tam persona sua, quam omnia bona sua mobilia, stabilia, presentia et futura. Renunciando exspressim in hiis omnibus exceptioni doli, conditioni sine causa in factum, actioni et legi si convenerit, et omni auxilio juris et facti, auxilio legum, constitutionum, libertatum, consuetudinum, exceptionum et allegationum, et omnibus et singulis generaliter juribus scriptis et non scriptis, quibus contra predicta venire posset.

Unde ad futuram memoriam et dicti Monasterii cautelam, factum est inde presens puplicum instrumentum, per manus mei predicti notarii Bartholomei, nostris subscriptionibus roboratum.

Actum Randacii anno, die, mense et inditione premissis.

† Ego Iohannes Traversa judex Randacii qui supra.

† Ego Nicolaus de Sparvayra Ducalis judex et assessor premissis interfui.

† Ego Mattheus de Mussurichio de Messana testor.

† Ego Salamon de Vindiroba testor.

† Ego Bartholomeus de Iohanne Lanerio, regius puplicus terre Randacii notarius, premissa scripsi.

† Iudex Nicolaus, Notarius Mattheus, Notarius Laurentius et Bertolinus Bivaqua, Presbiter Iohannes de Ruffina, Salamon Vindiroba.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1340. — N. 36.

Gregorius Coffatrigli declarat se esse ascriptitium villanum Monasterii Sancti Philippi Fragalatis.

Item. — Gregorius Coffatrigli.

Di questo Diploma si parla nella notizia storica, che precede nel Ms. del Serio; manca però l'apografo.

XV.*

Randazzo 1340. Dicembre 8. Ind. IX.

Nicolò Margarato e Bonaventura sua moglie di Randazzo, vendono ad Anichio, Abate di San Filippo di Val di Demina, una casa terrana quasi diruta per tre onze d'oro.

In nomine Domini amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quatragesimo, mense decembris, octavo eiusdem, none inditionis.

Regnante Serenissimo Domino, Domino nostro Rege Petro secundo, Dei gratia Illustri Rege Sicilie, regni eius anno vicesimo, feliciter amen.

Coram nobis Guidone de Luckisio judice Randatii. Bartholomeo de Johanne Lancrio, regio puplico eiusdem terre notario, et testibus subscriptis, ad hoc vocatis specialiter et rogatis, Nicolaus Margaratus et Bonaventura uxor eius de Randatio, non vi vel metu cohacti, seu aliquo dolo ducti, sed de eorum gratuyta et spontanea voluntate, cum omni eorum consilio et provisione muniti per se et heredes suos jure proprio vendiderunt, et venditionis nomine corporaliter tradiderunt et assignaverunt venerabili fratri Anichyo, Abbati Monasterii Sancti Philippi de Valle Demine, ementi et recipienti pro parte dicti Monasterii et suis successoribus in perpetuum, quandam domum terraneam semi devastatam eorumdem jugalium venditorum, stitam in predicta terra in quarterio Sancti Nicolai, juxta domum Iohannis Saraceni. . . . . secus locum fratruum minorum, contrada Randatii ex alio, et prope domum

---

* La pergamena, alta cm. 55, larga cm. 18, conservasi in ottimo stato, meno un buco in una piegatura; il tipo della scrittura è simile a quello del diploma precedente.

dicti Monasterii, ab alio viam publicam et alios confines: ad habendam, tenendam, possidendam, vendendam, donandam, permutandam, alienandam, et de ea et in ea quicquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit in perpetuum, tanquam de re propria faciendum; proprietario jure et titulo venditionis presentis, cum omnibus et singulis accessibus, egressibus, juribus, justitiis, rationibus, proprietatibus et pertinentiis suis, omnique jure et actione, usu, seu requisitione, eisdem jugalibus venditoribus ex ea re, vel pro ea re, aut ipsi rei vendite et tradite modo aliquo pertinente sive spectante. Liberam tamen et expeditam ab omni onere census et cujuslibet alterius servitii servitutis, pro unciis auri tribus. ponderis generalis, quas dicti jugales venditores, sponte confessi sunt se praesentialiter recepisse, et integre habuisse ab eodem Domino Abbate emptore pro integro pretio et pagamento venditionis domus predicte.

Et propterea dicti jugales venditores, ex causa venditionis presentis, omne jus, dominium, proprietatem et potestatem dicte domus cum omnibus suis juribus supradictis, a se et suis heredibus alienate, omnino et in dictum emptorem, seu dictum Monasterium, et suos successores perpetuo transtulerunt et tradiderunt. Promittentes per stipulationem solemnem per se et heredes suos dicto Domino Abbati, pro se, dicto Monasterio suisque successoribus legitime stipulanti, litem vel controversiam exinde ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire; sed venditores ipsi dictam domum venditam, ab omni homine legitime sibi defendere et guarentire, autorizzare, discalupniare, disbrigare, ac retrahere et liberare ab omni debito, molestia, questione et obligatione, et de evitione teneri. Quod si dicti venditores contrafecerint in predictis, vel in aliquo predictorum, sponte se obbligaverunt ad penam dupli dicte pecunie, dicto emptori pro se suisque successoribus legitime singulatim solvendam; solemne promissa etiam teneri eidem emptori ad omne dapnum, interesse et expensas propterea factas et faciendas in Curia vel extra Curiam. Rato manente pacto obligando eidem emptori et suis successoribus, proinde pignori omnia eorum bona mobilia, stabilia, praesentia et futura, ubicumque melius apparentia; quorum bonorum possessionem eidem emptori nomine pignoris tradidisse confessi sunt costituentes se eadem bona nomine ipsius emptoris se procuratorie possidere. Renunciando expressim in hiis omnibus exceptioni doli, exceptioni non numerate eis dicte pecunie, non habite vel non assignate, conditioni sine causa in factum, privilegio fori et legi si convenerit, et omni auxilio juris

et facti; et dicta mulier renunciavit expresse beneficio restitutionis in integrum, auxilio Velleyani Senatusconsulti, et juri Ipotecarum; certiorata prius exinde dicta mulier de omnibus ipsis juribus quod sic dictum, per nos predictos judicem et notarium, auxilio legum, constitutionum, consuetudinum, exceptionum et allegationum, et omnibus et singulis generaliter juribus scriptis et non scriptis, quibus contra predicta venire posset.

Unde ad futuram memoriam et predicti Monasterii, dicti domini Abbatis et successorum suorum, cautelam, factum est sibi exinde, presens publicum instrumentum, per manus mei predicti notarii Bartholomei, nostris subscriptionibus roboratum.

Actum Randatii, anno, die, mense et inditione premissis.

† Ego Guido de Luckisio judex Randatii qui supra.
† Ego Golinus de Lanerio testor.
† Ego Ansaluni de Lanerio clericus testor.
† Ego Iacobus Lanerio testor.
† Ego Lancea Maccaronus testor.
† Ego Gulliermu de Matina testor.
† Ego Bartholomeus de Iohanne Lanerio. regius publicus terre Randatii notarius, praemissa scripsi.
† Lancea Maccaronus.
† Henricus Milia.
† Jacobus Spinerius,
† Jacobus de Pandolfo.
† Ugolinus et Jacobus de Notario Bartholomeo.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1340. — N. 37.

Estromento de una casa chi accaptau lu quondam Abbati Aniki di lo Monasterio di Santo Filippo in terra Randacii in questi quarterio Sancti Nicolai.

Item. — De venditione domorum.

Item. — τοῦ ἤχου τοῦ ῥανδακιου.

Item. — Concessio domus facta Anichio Abbati Monasterii Sancti Philippi Fragalatis a Nicolao et Bonaventura Mangarono terre Randatii.

Di questo Diploma si parla nella notizia storica che precede nel Ms. del Serio; manca però l'apografo.

XVI.*

Randazzo 1342. Aprile 22. Ind. X.

Anichio Longo, Abate di S. Filippo di Val di Demina, dà in commuta a Bartolomeo di Giovanni Lanerio e Bonaventura sua moglie un campo col peso annuale di rotolo uno di cera, e riceve invece dagli stessi una vigna posta in contrada di Città Vecchia.

In Dei Eterni nomine amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quatragesimo secundo, mense Aprilis, vicesimo secundo eiusdem, decime inditionis.

Regnante Serenissimo Domino nostro Rege Petro secundo, Dei gratia Excellentissimo Rege Sicilie, regni sui anno vicesimo secundo, feliciter amen.

Coram nobis judice Symone de Luckisio, judice terre Randatii, Iohanne de Bonarobba terrarum Randatii et Trayne Ducali et Marchiali puplico notario, et testibus subscriptis ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Reverendus et honestus vir frater Annikius Longus Venerabilis Abbas Monasterii Sancti Philippi de Valle Demine, et subscripti Conventus eiusdem Monasterii, consistens in monacis infrasciptis videlicet: frater Agnatus, [1] frater Paulus, frater Romanus frater Iacobus, frater Ninphus, frater Philotheus, frater Annikius, frater Andrianus, frater Neophithus, et [2] frater Antonius; consentientes primo in nos predictos judicem et notarium tanquam in suos, cum ex certa eorum conscentia scirent non esse eorum judicem et notarium, ex una parte: notarius Bartholomeus de Iohanne Lane-

---

* La pergamena è alta cm 55, larga cm. 30; conservasi in buono stato; il tipo della scrittura è simile a quello delle precedenti, vi sono molte abbreviature e nessi.

rio,[3] et Bonaventura uxor eius de Randatio, ex parte altera: confessi sunt, et nos ipsi judex, notarius et testes presenti scripto puplico declaramus, quod cum predictum Monasterium, predictus Abbas et Conventus, haberent, tenerent et possiderent[4] quendam campum inutilem, et quasi nullius redditus vel proventus respecto infrascripte vinee[5] ut constat, stitum[6] in territorio Randatii in contrata Sancti Iohannis Evangeliste, juxta vineam Robberti Russi, secus campum dicte ecclesie, prope vineam uxoris, filiorum et heredum quondam Ursonis Tassoni,[7] viam puplicam et alios confines. Et predicti notarius Bartolomeus et Bonaventura jugales haberent, tenerent et possiderent[8] quandam eorum vineam, stitam in territorio dicte terre,[9] in contrata Civitatis Veteris, secus vineam dicti Monasterii, prope vineam presbiteri Symonis Tavani,[10] viam puplicam et alios confines. Predicte persone volentes inter se[11] adinvicem predictam vineam et campum permutare, de eorum grata et spontanea voluntate, non vi chohacte[12] nec aliquo dolo ducte,[13] nec metu oppresse,[14] nec persuasionis errore subducte, seu pretio, seu precibus corrupte; sed cum omni eorum consilio et provisione munite,[15] permutaverunt inter se ad invicem bona prescripta in hunc modum, videlicet: quod dictus Abbas et Conventus pro maiori[16] utilitate dicti Monasterii,[17] ex causa permutationis et cambii, dederunt, tradiderunt et assignaverunt, ac habere concesserunt predictis notario Bartholomeo et Bonaventure jugalibus, et eorum heredibus, inrevocabiliter et in perpetuum, totum et[18] integrum predictum campum, cum omnibus juribus, justitiis, rationibus et proprietatibus suis ac pertinentiis, cum onere census rotuli unius de cera dictis Monasterio, Abbati, Conventui et successoribus eorum anno quolibet in perpetuum, in festo Beati Philippi de mense Septembris per dictos jugales et suos heredes solvendi. Et dictus notarius Bartholomeus et Bonaventura jugales, ex eandem causa permutationis et cambii dederunt, tradiderunt et assignaverunt, ac habere concesserunt predictis Monasterio, Abbati, Conventui et eorum successoribus inrevocabiliter et in perpetuum, totam et integram predictam vineam cum omnibus juribus, justitiis, proprietatibus et pertinentiis suis, liberam tamen et expeditam ab omni onere, census et cujuslibet alterius servitutis: de quibus vinea et campo cum omnibus eorum juribus supradictis, una pars alteram ad invicem ex causa permutationis et cambii ipsius in corporalem possexionem induxerunt; dantes et concedentes sibi ad invicem et eorum successoribus et heredibus plenam licentiam et liberam potestatem, predictam vineam[19] et campum, sic inter eos, ut dictum est, ad invicem permu-

tatos.[20] decetero perpetuo habendi, tenendi et possidendi, utifruendi et gaudendi, ipsumque campum plantandi et in vineam reducendi,[21] cum pleno dominio et potestate vendendi,[22] donandi, permutandi, alienandi, et de eis et in eis quidquid eis, eorum successoribus et heredibus placuerit tanquam de re propria faciendi proprietario jure, et titulo permutationis et cambii predicti: salvo in omnibus et per omnia, pro predicto campo, dicto censu, ut predictum est, dicto Monasterio debito anno quolibet per jugales predictos.

Quos enim vineam et campum predicte persone[23] inter se ad invicem stipulantes, convenerunt et promiserunt per stipulationem sollepnem, per se, succesores et eorum heredes, sibi ad invicem et eorum successoribus et heredibus defendere, discalupniari ab omnibus personis tam puplicis, quam privatis, tam extraneis quam conjunctis, ac retrahere et liberare ab omni debito, molestia, contraditione, questione et obligatione et de evitione teneri; salvo dicto jure census dicto Monasterio, ut predictum est debito, quam predictum Monasterium et cambium et permutationem et omnia et singula supradicta, dicte partes inter se ad invicem stipulantes convenerunt et promiserunt, per stipulationem sollepnem, per se, successores et heredes eorum, sibi ad invicem et eorum successoribus et heredibus semper et in perpetuum, rata et firma habere, tenere, observare, et in nullo contravenire. Quod si contrafecerint in premissis, vel in aliquo premissorum, sponte se obligaverunt ad invicem ad penam unciarum auri decem a contraveniente solvendam solemniter promissam; et teneri eidem parti predicte servanti pars contraveniens promisit, ad omne dapnum, interesse et expensas propterea factas et faciendas in Curia vel extra Curiam. Rato manente pacto obligandi[24] eidem parti servanti omnia bona sua seu eorum et dicti Monasterii mobilia, stabilia presentia et futura, ubicumque melius apparentia; renunciando[25] expressim in hiis omnibus exceptioni doli, conditioni sine causa in factum, privilegio fori et legum si couvenerit, et omni auxilio legis et facti, auxilio legum, decretalium, constitutionum, consuetudinum, exceptionum et alligationum, beneficio restitutionis in integrum, auxilio Velleyani Senatusconsulti, et juri ypothecarum. Certiorate prius exinde dicte ambe partes per me predictum notarium, de omnibus ipsis juribus et beneficiis, quod sic dictum est, et quod important; et omnibus et singulis generaliter juribus scriptis et non scriptis, tam canonicis quam civilibus, quibus contra predicta, vel aliquo predictorum, venire possent, aut se tueri forsitan, vel juvari valerent.

Unde ad futuram memoriam, et utriusque partis cautelam, facta

sunt inde duo instrumenta puplica consimilia, unius eiusdem tenoris, per manus mei predicti notarii Ioannis, nostris, judicis et testium subscriptionibus robborata.

Actum Randatii anno, mense, die et inditione premissis.

† Ego Symon de Luckisio judex Randacii qui supra.

† Ego Symon de Farrachio de Panormo testor.

† Ego Rogerius Theotonicus testor.

† Ego Lancea de Maccarone testor.

† Ego Bartucius de Semenara testor.

† Ego Iohannes de Bonarobba qui supra dictarum terrarum Randatii et Trayne ducalis et marchialis puplicus notarius, premissa scripsi et testor.

† Symon de Farrachio. † Rogerius Theotonicus. † Puthius Gallardus. † Iohannes de Surdo. † Rogerius de Citellis. Testes.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1342. — N. 39.

Permutatio che fichi lo Abati di Santo Philippo di uno campo di terra, con una vigna existenti in la terra di Randazzo.

Item — De donatione vinearum et terrarum Randatii.

Item. — Permutatio cujusdam campi Monasterii Sancti Philippi de Fragalà, facta ab Abbate Annichio Longo, cum vinea Bartolomei et Bonaventurae de Ioanne Lancio, jugalium, de terra Randacii.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

[1] Ignatius. — [2] *Manca.* — [3] Lancio. — [4] Habeant, teneant, etc. — [5] Respectum vinea. — [6] Sita. — [7] Cassoni. — [8] Habeant etc. — [9] Ecclesie. — [10] Cavani. — [11] Iterum. — [12] Cohacti. — [13] Ducti. — [14] Oppressi. — [15] Provisione muniti. — [16] Monasterii. — [17] Dictum Monasterium. — [18] *Manca.* — [19] Predictorum vinee. — [20] Permutatorum. — [21] Melius reducendum. — [22] Dandi. — [23] Partes. — [24] Et obbligatione. — [25] Renunciantis.

XVII.*

Monastero di S. Filippo 1342. Settembre 15. Ind. XI.

Guglielmo, figlio di Bartolomeo di Crasa, del Casale di Frazzano, confessa di esser villano ascrittizio e rendabile del detto Monastero ed obbligato perciò a prestargli personali servizî.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quatragesimo secundo, decimo quinto mensis Septembris, undecime indictionis..

Regnante Serenissimo Domino nostro, Domino Rege Lodovico primo, regni sui anno primo, feliciter amen.

Coram nobis Fulcone de Macli, judice terre Sancti Marci, Nicolao de Randatio, regio puplico eiusdem terre notario, et aliis subscriptis testibus, ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Presenti scripto puplico notum facimus et testamur, quod Guillelmus, filius quondam Bartolomei de Crasa, habitator Casalis Flatzano in nostra presentia constitutus, non vi coactus, non dolo ductus, nec metu opressus, sed voluntario animo obligatus, et confitendo veritatem, consesciendo primo in nos predictos judicem et notarium tanquam in suos, cum ex certa eius conscientia sciret nos suos non esse: de sua gratuita et spontanea voluntate, presente, petente et in ea interrogante fratre Annikio, Venerabili Abate Monasterii Sancti Philippi de Valle Demine, sponte et sollepniter confessus est, se esse ascricticium villanum et redabilem eiusdem Monasterii ortum et natum, prestantem eidem Monasterio certa debita servicia, villanagia, et operas persone sue, tanquam ascritticium villanum Mona-

* La pergamena è alta cm. 45 e larga cm. 18, mancante in un sol punto, dove fortunatamente non c'è scrittura; la forma di questa è simile a quella delle precedenti.

sterii prelibati, prout antecessores sui villani et ascricii, in talibus debitis et ascriciis eidem Monasterio prestiteri, et prestare debeat eidem domino Abbati, nomine et pro parte Monasterii supradicti, nec non conveniens et promittens dictus Guillelmus, per se et heredes suos per stipulationem sollepnem, eidem Monasterio et predicto Abbati et successoribus suis, nomine et pro parte dicti Monasterii, tanquam villanum ascricium et redabilem dicti Monasterii, eidem domini Abati pro parte ipsius Monasterii prestare eidem Monasterio et predicto domino Abati, nomine Monasterii supradicti, prestare dicta debita servicia et operas persone sue, prout antecessores sui villani et ascricii prestiterint tempore vite eorum et prestare debeant; cum obligatione bonorum eorum ascriciorum eidem Monasterio.

Renunciando in hiis omnibus exectioni doli, quod metus causa, beneficio libertatis et legum auxilio, canonico et civili, scripto et non scripto, quo se posset contra predicta, vel aliquo predictorum cavere forsitan vel juvare.

Unde ad futuram memoriam, et dicti Monasterii dictique domini Abatis pro parte ipsius Monasterii cautelam, factum est exinde presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarii, nostrum qui supra judicis et notarij, et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

Actum in eodem Monasterio anno, die, mense et inditione premissis.

† Ego Fulcus de Maclo judex tere *(sic)* Sancti Marci testro.
† Ego Bartuluchu di Birardu testror.
† Ego Leonardus de Vacario testor.
† Ego Nicolaus de Vacario testor.
† Ego qui supra Nicolaus de Randatio, regius puplicus terre Sancti Marci notarius, premissis interogatus interfui, et hoc instrumentum scripsi, et meo solito signo signavi.

Nel dorso della pergamena leggesi : — 1342. — N. 38.

Recognitio dilo villanagio di Guglielmo di Crasa.

Item. — Declaratio Guillelmi de Cusa qua fatetur se et haeredes suos esse ascripticios villanos Monasterii Sancti Philippi Fragalatis.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XVIII.*

Randazzo 1343. Giugno 24. Ind. XI.

Giovanni di Gregorio di Galegra si confessa villano ascrittizio e rendabile di Anichio, Abate del Monastero di San Filippo di Val di Demina, ed obbligato a servizii personali in favore del Monastero istesso.

In nomine Domini amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quatragesimo tertio, mense Iunii, vicesimo quarto eiusdem, undecime inditionis.

Regnante Serenissimo Domino, Domino nostro Rege Ludovico, Dei gratia Inclito Rege Sicilie, regni eius anno primo, feliciter amen.

Nos Iohannes de Homodeo, judex Randacii, Laurentius Tagliaventi, regius puplicus eiusdem terre notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati; presenti scripto puplico notum facimus et testamur, quod Iohannes de Gregorio de Galegra, non vi vel metu cohactus, seu aliquo dolo ductus, sed voluntariė animo obligandi et confitendi veritatem, presente, petente et interrogante fratre Annikio, Venerabili Abbati Monasterii Sancti Philippi de Valle Demine, sponte et sollepniter confessus est, conscentiens primo in nos qui supra judicem et notarium tanquam in suos, cum sciret ex certa sua conscentia, nos suos non esse judicem et notarium, se esse ascriticium villanum et rendabilem eiusdem Mo-

---

* La pergamena è alta cm. 36, larga cm. 15, in buonissimo stato di conservazione; fa parte dell'Esposizione Paleografica Permanente di questo Archivio di Stato, Sezione « Paleografia Siciliana » N. 19. La scrittura è minuscola corsiva gotica notarile di tipo differente da quello delle precedenti pergamene. Gli anni sono dall'Incarnazione.

nasterii et eiusdem Abbatis pro parte ipsius Monasterii, et de genere ascriticiorum villanorum et rendabilium ipsius Monasterii, ortum et natum et ab eis descendentem, prestantem et rendentem eidem Monasterio. certa debita servicia et operas persone sue, tamquam ascriticium villanum et rendabilem Monasterii prelibati, pro ut antecessores sui ascriticii villani et rendabiles dicti Monasterii in talibus debiti et ascriti eidem Monasterio prestiterunt et renderunt, et prestare et rendere debent omnes ab eis descendentes eidem Abbati, nomine et pro parte Monasterii memorati: nec non conveniens et promittens dictus Iohannes per se et heredes suos eidem Abbati pro parte dicti Monasterii. per stipulationem sollepnem legitime stipulanti, prestare, rendere et exibere dicta debita servicia et operas persone sue, prout antecessores sui ascriticii villani et rendabiles eiusdem Monasterii prestiterunt et renderunt Monasterio antedicto tempore vite eorum, et prestare debent cum obligatione bonorum ascriticiorum et villanorum predicto Monasterio obligando.

Renunciando in hiis omnibus exceptioni doli, quod metus causa, beneficio libertatis, exceptioni, condicioni sine causa in factum, et omnibus generaliter iuribus et legum auxiliis, scriptis et non scriptis, quibus possit contra predicta venire.

Unde ad futuram memoriam et dicti Monasterii cautelam, factum est inde presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarii, nostrum qui supra judicis et notarii et subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum.

Actum Randacii anno, mense. die et inditione premissis.

† Ego Iohannes de Homodeo qui supra judex Randacii.

† Ego Rogerius Elephantus testor.

† Ego Iohannes Galastru testor.

† Ego Lancea Maccaronus testor.

† Ego Barrucius de Semenara testor.

† Ego Laurentius Tagliaventi, regius puplicus terre Randacii notarius, premissa scripsi et testor.

† Testes: Rogerius Elephantus, Bartholomeus Elephantus, Iohannes Gallastro, Lanceas Maccaronus.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1343. — N. 40.

Reconoscentia di villanagio facta per Iohanne de Gregorio a lo Abbati di lo Monasterio di Sancto Philippo.

Item. — Iohannes de Galegra declarat se esse villanum Monasterii Sancti Philippi Fragalatis.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XIX.*

Messina 1349. Aprile 25. Ind. II.

Barnaba Cavallari, Abate di San Filippo di Fargara, coi suoi monaci, confessa ricevere da Anikio Abate di S. Maria di Maniaci (Mandanici) oncie tredici d'oro da restituirle a semplice richiesta.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem Incarnationis millesimo trecentesimo quatragesimo nono, mense Aprilis, vicesimo quinto eiusdem, secunde inditionis.

Regnante Serenissimo Domino, Domino nostro Rege Lodovico, Dei gratia Excellentissimo Rege Sicilie, regni eius anno septimo, feliciter amen.

Coram nobis . . . . judice nobilis civitatis Messane, Andrea Russo de Messana, imperiali auctoritate ubique notario puplico ac regio puplico, totius Insule Sicilie notario, et testibus subnotatis ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Religiosus vir frater Barnabas Cavallari Venerabilis Abbas Monasterii Sancti Philippi de Fargara de Valle Demini, et subscriptus Conventus eiusdem Monasterii, cum conscensu, voluntate et auctoritate dicti Abbatis, eorum ad omnia et singula infrascripta, ut constitit, nomine et pro parte eiusdem Monasterii, conscentientes primo in nos predictos judicem et notarium tamquam in suos, cum scirent ex certa eorum scientia non suos non esse, sponte confessi sunt se presentialiter recepisse

* La pergamena è alta cm. 31, larga cm. 23, in buono stato di conservazione; fa parte dell'Esposizione Paleografica Permanente di questo Archivio di Stato, Sezione « Paleografia Siciliana » N. 22. La scrittura è minuscola corsiva gotica notarile di tipo molto differente dai precedenti diplomi; vi sono molti nessi. Mancano le firme del giudice e dei testimoni.

et integre habuisse pro rationibus, utilitatibus et necessitatibus, eiusdem Monasterii, a religioso et honesto viro fratre Anikio, Venerabile Abbate Monasterii Sancte Marie de Mandanichio, ibidem presente et interrogante, de eius propria pecunia uncias auri tresdecim sine cambio, bonas, boniponderis, justas, legales, mundas et puras ab omni fenore et usuris.

Renunciando exceptioni doli, dicte pecunie non habite vel non recepte, non numerate, non assignate, vel non ponderate, quas dicti debitores, nomine et pro parte dicti Monasterii per eos et eorum in dicto Monasterio successores, tenentur et debent et convenerunt et promiserunt per stipulationem sollemnem, quilibet eorum in solidum eidem creditori integre solvere, pagare, dare, tradere, restituere et assignare sibi vel heredibus suis, aut habenti jus, rationem ab eo, seu certo suo mandato in pace, sine molestia et absque ulla diminutione, in pecunia uumerata auri vel argenti, et non in aliis rebus, statim ad primam requisitionem dicti creditoris: sub pena duppli dicte pecunie eidem creditori legitime stipulanti, solvende sollemniter promisse, ac teneri sibi reficere promiserunt omne dapnum, expensas et interesse, propterea factas et faciendas in Curia et extra Curiam. Rato manente pacto obligando sibi proinde pignori omnia bona eorum et eiusdem Monasterii Sancti Philippi que maluerint, et de precio sibi plenius satisfacere de eorum pena, dampnis, expensis et interessis predictis, mobilia et stabilia, presentia et futura ubicumque melius apparentia; tali quidem pacto quod pena commissa, soluta vel non, liceat eidem creditori auctoritate propria et sine licentia Curie, et magistratus decreto, intrare, capere ac vendere bona dictorum debitorum et eiusdem Monasterii que maluerint, et de precio sibi plenius satisfacere de eorum pena, dampnis, expensis et interessis predictis, non obstante abscentia, presentia vel contraditione dictorum debitorum, vel eorum alterius legitima vel propinqua, necessaria, voluntaria vel probabili. Renunciando expresse proinde omni auxilio juris et facti, exceptioni doli et in factum, conditioni sine causa, privilegio fori, beneficio sent . . . . . legum si convenerint et omnibus et singulis aliis juribus, scriptis et non scriptis, quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire valerent. Et tacto corporaliter libro, dictus Abbas debitor, juravit eidem creditori ad Sancta Dei Evangelia, predicta omnia et singula supradicta firmiter attendere, observare et in nullo contravenire.

Unde ad futuram memoriam, et dicti creditoris cautelam, fa-

ctum est inde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii Andree, nostris subscriptionibus roboratum.

† Ego Andreas Russus de Messana, imperiali auctoritate ubique notarius publicus, ac regius publicus totius Insule Sicilie notarius, predicta scripsi et testor.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1349. — N. 41.

Confessio facta per Reverendum Abatem Sancti Philippi, qui dixit habuisse et recepisse uncias XIII ab Abbate Ecclesie Sancte Marie Maniachi.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XX.*

Randazzo 1359. Maggio 15. Ind. XII.

Transunto legale, fatto ad istanza di Romano, Abate del Monastero di S. Filippo, di una cedola possessoria resa dalla Curia Capitaniale di Randazzo, per la quale veniva aggiudicata al Monastero una casa, sita in Randazzo, appartenente a Federico di Maestro Pagano, debitore del Monastero anzidetto.

In nomine Domini amen. Anno Incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, mense madij, quintodecimo eiusdem, duodecime inditionis.

Regnante Serenissimo Domino nostro Rege Friderico, Dei gratia Excellentissimo Rege Sicilie ac Athenarum et Neopatrie Duce, regni sui anno quarto feliciter amen. Nos Orlandus de Vitali, judex Randacij, Bernardus de Turano de Messana ducalis puplicus terrarum et locorum Sicilie [1] ducalium notarius et testes subscripti, ad hoc vocati specialiter et rogati, presenti scripto puplico, notum facimus et testamur, quod ad nostram accedens presenciam religiosus vir frater Romano, Venerabilis Abbas Monasterii Sancti Philippi de Valledemine, petit a nobis, quod cum quedam cedula infrascripti tenoris, pro eo [2] et ad sui et dicti Monasterii cautelam sit posita et redacta in actis Regie Curie Domini Regij Capitanei anni proximo preterite [3] decime inditionis, eo quo intersit [4] dictam cedulam, nomine et pro parte dicti Monasterii, dictam cedulam penes se puplicatam habere, nos rogavit actente, nostrum qui supra iudicis et notari super hoc officium implorando, ut ad supradictam

---

* La pergamena è alta cm. 53 e larga cm. 16, macchiata tutta ed in molti punti sbiaditissima. La scrittura è minuscola corsiva gotica notarile di tipo assai differente da quello dei precedentt diplomi.

Curiam nos conferre personaliter deberemus visuri et lecturi cedulam ipsam et de ea confecturi puplicum instrumentum; nos igitur dicti petentis iustis precibus [5] annuentes utpote annuentibus racione, quia [6] iusta petentibus non est denegandus assensus, pretitulato die, ad dictam Curiam nos contulimus personales, et visis et ostensis nobis (actis) [7] ipsius Curie, [8] per me predictum notarium Bernardum, dicte Curie actorum notarium, in eisdem actis dictam cedulam . . . . . . [9] . . . legimus et inspeximus diligenter actendentes ipsam fore non abrasam (non abolitam nec) [10] in aliqua parte sui viciatam, sed in propria et prima sui figura existere, [11] omni prorsus vicio et suspicione carere, [12] cedulam ipsam de verbo ad verbum, prout jacet in actis eisdem, [13] (nihil per nos in ea diminuto, addito vel mutato [14]) quod mutet intellectum, substantiam sive sensum. . . . . . . nostra judiciali auctoritate interposita, per manus mei predicti notari Bernardi . . . . . . eamdem vim habeat presens puplicum instrumentum quam habere (dignoscitur [15] originalis) cedula predicta [16] cujus originalis cedule tenor per omnia talis est . . . . decime inditionis apud Randacium, Dominus Abbas Monasterii Sancti Philippi de Valledemine, [17] ex justa et legitima causa, cognita et discussa per Regiam Curiam Domini Regii Capitanei terre ipsius anni presentis inditionis ejusdem positus, missus et inductus est in possessione infrascripte domus, tamquam adjudicate [18] Monasterio supradicto dacionis nomine [19] in solutum, tanquam de bonis Friderici de Magistro Pagano pro certo debito, prout in quadam cedula inde confecta et in actis dicte Curie Justiciarij Vallisdemine in scriptis redacta [20] in formam puplicam puplicatam manu notarii Philippi de Sancta Sophia, regij puplici terre Randacij notarii et supradicte Curie presentatam et lectam [21] hec et alia plenius continentur, cujus rei causa. [22] Item predicta vero domus sita et posita est in terra Randacij, in quarterio Sancte Marie juxta domum Bartholomei Maniscalci et secus abitacionem Guillelmi (?) [23] Bonaqua, [24] viam puplicam et alios confines, sextodecimo marcij, decime inditionis, recepta est in Curia. Inde ad futuram memoriam. . . [25] . . . presenti puplicacioni . . . [26] . . . plena fides dictorumque Abbatis et Monasteri predictorum omnium. . . . . . . [27] (presens) instrumentum sibi exinde factum est per manus mei predicti notarii Bernardi . . . [28] . . . tramsumptatum, [29] nostris subscriptionibus roboratum.

Actum Randacii anno, mense, die et inditione premissis.

† Nos Orlandus de Vitali qui supra Judex terre Randacij scribere nesciens, manu notarij Iohannis de Henrico [30] puplici dicte terre notarij [31] me subscribi feci et testor.

† Ego notarius Pinus de Abbate [32] testor.

† Ego Iohannes de Branderio [33] testor.

† Ego Thomasius [34] de Bavera testor.

† Ego Judex Salvus [35] de Plica testor.

† Ego Bernardus de Turano de Messana. qui supra ducalis puplicus terrarum et locorum Sicilie ducalium notarius, premissa scripsi et testor.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

[1] Suorum. — [2] Per eos. — [3] Proximi preteriti. — [4] *Manca.* — [5] Iussionibus. — [6] Prosequentibus eciam. — [7] *Manca.* — [8] Ab ipsa Curia. — [9] Tenorem quarum. — [10] *Manca da* « ipsarum » *sino a* « me. » — [11] Existentem. — [12] Carentem. — [13] Eiusdem Curie. — [14] Ac nos in eadem nihil addito etiam vel mutato. — [15] *Manca* « quam habere dignoscitur. » — [16] Originalem cedulam predictam. — [17] De Falgara. — [18] Adiudicatam. — [19] Dantis nunc. — [20] Videtur. — [21] In locis. — [22] Causalis. — [23] *Manca.* — [24] Bivaqua. — [25] Cunctorum. — [26] Exinde fieri volumus ut. — [27] Appareat. — [28] Ex originalibus actis. — [29] Transcripsimus. — [30] Santiro. — [31] Puplicus dicte terre notarius. — [32] Alberto. — [33] Grancorio. — [34] Philippus. — [35] Matheus.

XXI. *

San Marco 1360. Settembre 9. Ind. XIV.

Vinciguerra di Aragona rilascia a Romano, Abate di San Filippo di Melitiro, il censo dal Monastero istesso dovutogli di oncia una d'oro sopra una vigna nel territorio di San Marco.

Nos Vinchiguerra de Aragona, Dominus et Baro terre Sancti Marci etc.

Per presens privilegium et concessionem infrascriptam universis et singulis, tam presentibus quam futuris, fieri volumus notum: quod inter gratias alias, monitiones et merita inter humanum genus Deo data, sine tubbe incantantia erogata, locum octinent potiorem. Cum igitur Venerabilis frater Rumano, Abbas Monasterii Sancti Philippi de Militiro, stiti et positi juxta territorium terre nostre Sancti Marci supradicte, et Conventus Monasterii eiusdem, omnes et insimul exposuerint nobis et dixerint, quod dictum Monasterium et ipsi loco dicto dicti Monasterii, tenent et possident quandam vineam cum terra vacua et arboribus domesticis et silvestribus, stitam et positam in tenimento et territorio dicte terre nostre, in loco dicto de Sancto Leone, juxta vineam heredum quondam Philippi Mustery, et secus vineam Iacobi de Miliono, propre vallonum, viam puplicam et alios confines; de quaquidem vinea, terra vacua et arboribus, tam precessores dicti Abbatis et Conventus, quam ipsi, annuale censum nostre Curie prestiterunt et prestare tenebantur. Ydeoque supplicaverunt nobis ut honore Dei, et beneficio animarum magnificorum quondam parentum nostrorum

---

* La pergamena è alta cm 28, larga cm. 22, con un ripiego alto cm. 8 e con due grossi buchi. La scrittura è corsiva gotica di buona forma. Sono attaccati nella parte inferiore del diploma dei filetti di seta rossa da cni dovette pendere il suggello.

et dive memorie quondam magnifici Domini, Domini Sanchii de Aragona. karissimi fratris nostri, dictum annuum censsum tareni auri unius de vinea et terra vacua cum arboribus, eximere et delliberare deberemus: ut liberato ipso annuali honere dicte vinee, terre et arboribus, ipsi Abbas et Conventus, seu successores eorum, possint alicui seu aliquibus, ad utilitatem dicti Monasterii liberam et exemtam ab omni honere census et servitutis commode collocare.

Quorum petitione audita, ut pote juxta, in Dei nomine, pro beneficio et remedio animarum personarum predictarum, dictum annunm tareni auri unius censsum in perpetuum, tam per nos, quam per successores nostros, quod ipse Abbas et successores dicti Monasterii dare tenebantur de dicta vinea, terra vacua cum arboribus, delliberavimus; et fecimus ipsam vineam et terram exemptam a dicto anno censsu, ut possint dictus Abbas et Conventus seu successores eorum, decetero alicui seu aliquibus comodius ad utilitatem dicti Monasterii, libere sine dicto annuali censu perpetuo collocare. Quam convenienciam et concessionem, omnia et singula supradicta, semper et omni tempore per nos et successores nostros convenimus, et promittimus per stipulationem sollepnem rata, firma babere, tenere, hoservare, et in nullo contrafacere vel venire aliqua ratione, modo, jure vel causa.

Unde ad futuram memoriam, et quod de premissis fides plenaria habeatur ubique, et dicti Monasterii cautelam, presens privilegium nostrum per manus notarii Bonofilii de Castellione, regii puplici totius Vallis Demine notarii, jussimus fieri, nostro sigillo pendente munitum.

Actum in dicta terra nostra Sancti Marci. Anno Dominice Incarnationis millesimo tricentesimo sexagesimo, mense Setenbris, nono die eiusdem mensis, decime quarte inditionis.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1360. — N. 42.

Privilegiu hi Vinchiguerra di Aragona, Baruni di Santo Marcu, relaxau lu censu di tarì uno si hi dovia supra di una vingna a Santo Liuni alu territorio di San Marcu, ad utilitati dilo Monasterĩo di Sancto Philippo.

Item. — Vinciguerra de Aragonia eximit Monasterium Sancti Philippi Fragalatis ab annuo censu unciae auri unius, debitae super quadam vinea, sita in territorio Sancti Marci.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XXII.*

Cefalù 1376. Giugno 7. Ind. XIII.

Nicolò, Vescovo di Cefalù, rilascia lettere testimoniali ad Aganato di Bertoli del Monastero di San Filippo, comprovanti di averlo promosso all'ordine del Presbiterato, per privilegio avuto dalla Sede Apostolica di tenere ordinazioni, non ostante l'interdetto generale.

Nicolaus, Dei et Apostolice Sedis gracia, Cephaludensis Episcopus.Universis et singulis, presentes literas inspecturis, sibi iu Christo Karissimis salutem in Domino Ihesu Christo. Noveratis per presentes, quod die sabbati, VII. die mensis Iunii, decimetercie indicionis, iu quatuor temporibus post festum Pentecostem, de speciali gracia nobis per Serenissimum in Christo patrem et Dominum nostrum Dominum Summum Pontificem, non obstante generali interdicto Insule Sicilie, concessa, in nostra maiori Cephaludis Ecclesia, infra missarum sollempnia, generales ordines ministrantes secundum ritum Sacrosante Romane Matris Ecclesie, Clericum fratrem Aganatum de Bertoli, ordinis Sancti Basilii, presentatum nobis per literas Venerabilis fratris Romani, Abbatis Monasterii Sancti Philippi de Valdemina, pro sufficiente et ydoneo ac ex legitimo matrimonio, procreato, in dyaconatus ordine constituto, ad presbiteratus ordinem ad titulum sui Monasterii duximus promovendum. In cujus rey testimonium et cautelam has nostras literas sibi exinde fieri fecimus nostrique episcopalis sigilli appensione muniri. Datum in domo habi-

* La pergamena è alta cm. 15, larga cm. 28, con un ripiego alto cm. 4 ½; conservasi in buono stato. La scrittura è corsiva gotica. Attaccato a due cordoncini di seta pende il suggello del vescovo di Cefalù, ma in tale stato da non lasciare scorgere altro che un ammasso informe di cera rossa.

tacionis nostre Cephaludi, sub anno Domiui millesimo trecentesimo septuagesimo sesto, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Gregorii, Divina Providencia Pape undecimi, anno eius sesto, die, mense, indicione et loco premissis.

Nel dorso della pergamena leggesi:

Quod dictus de diacono fiet effectus presbiter. pro fratri Aganato Presbiter (*sic*).

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XXIII. *

Savoca 1391. Luglio 22. Ind. XIV.

Paolo, Archimandrita del Monastero di S. Salvatore di Linguafaro in Messina, esorta Bartolomeo e Federico di Aragona, perchè non facciano molestare il Monastero di S. Filippo di Fargola dai Vicarî dell'Arcivescovo di Messina, i quali per via di fatto si erano impossessati di un pezzo di terra del detto Monastero.

Magnificis ac potentibus Dominis Bartholomeo et Friderico de Aragona, fratribus et dilectis in Christo filiis. Frater Paulus, Dei gratia Archimandrita Magni Monasterii Sancti Salvatoris de Linguafari Messane, paternalem benedictionem ac votificam sospitatem.

Quia malignorum maliciis est viriliter obviandum, et quia malefici letantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis. Dominactioni vestre infrascripta seriatim reserare proposui, ac de eius plenius informare. Quod [1] cum nuperius quam [2] per modica tempora retrohacta, inchoata fuisset quedam questio, inter Archiepiscopum Messanensem ex una parte, et reverendum fratrem Agnathi, Abbatem Monasterii Sancti Philippi de Fargala, ordinis nostri Sancti Basilii, nostre subiectum jurisdictioni ex parte altera; in qua non indiciario [3] ordine, nec judictiario [4] ordine procedendo, [5] sed de facto, et per quam [6] vicarii ipsius Archiepiscopi juris ordinem non curantes observare, eydem Abbati iniuxissent et mandassent, sub escomunicationis pena, [7] ut sibi traderent et assignarent corporalem, realem et finalem possessionem cuiusdam pectie terrarum, possesse jamdiu, et a tempore quo memoria hominum non existit,

---

* La pergamena è alta cm. 18 $^1|_2$, larga cm. 30 $^1|_2$; con un ripiego alto cm. 4 $^1|_2$, macchiata in qualche punto, presenta una scrittura corsiva gotica di tipo differente dalle precedenti.

per iddem Monasterium, in facie ipsius Archiepiscopi et procuratorum suorum bona fide et justo titulo ac pacifice et quiete percipiendo ex ea fructus, redditus et proventus; et ipsi vicarii nunc . . . [8] vi ipsum Monasterium de tenuta et possessione ipsarum terrarum. que stite et posite sunt in contrata seu tenimento Sancti Marci, juxta fines terre Bori. mediante vallono et alios confines. de facto et non de jure expoliare, ut nobis plene costitit, et de hoc sumus plenius informati, quod modo aliquo non debemus consentire.

Idcirco nos Reverendos filios benivolo caritatis sincere dilectione attente [9] rogamus, ac juridice vos ortamur, auctoritate qua fungimur in hac parte, quod pro eo quod ipsi vicarii in partibus ipsis habent in partibus ipsis et territorio ipsius jurisditionem imperandi et mandandi, quia [10] Diocesis est Messanensis, et [11] quia iniuste mandant, et indebite ac de facto causam ipsam prosequuntur; ut donec questio ipsa non fuerit coram competenti judice ventilata et judictiario ordine diffinita, ut non permittatis ipsum Abbatem, seu procuratores suos, de eadem tenuta et possessione terrarum quomodolibet expoliari nec indebite pertubari; ymo eum debeatis, si vobis placuerit, ipsum nomine nostro manutenere et defendere, et nostris ortaminibus et suplicationibus nostra fovente justicia, donec et quousque dicta questio coram judice competenti librato examine decidatur, non permictentes contra eum decetero aliquid innovari, et [12] procuratores suos: et si de pleno jure volueritis amplius informari. sumus preparati Dominationes vestras, jus nostrum totaliter declarare.

Datum in Castro Sabuce die vicesimo secundo mensis Iulii, XIIII inditionis, sub [13] anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo primo, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Bonifaccii, Divina Providentia, Pape noni, anno secundo.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1391. — N. 43.

Littera dilu Archimandrita supra la quistioni dili terri cum lu procuraturi di Missina, quod ne permittant Abbatem eius possessione espoliari.

Item. — Epistola Pauli Archimandritae Sancti Salvatoris Messanae ad Bartholomeum et Fridericum de Aragona, de iniusta usurpatione cuiusdam petiae terrae in territorio Sancti Marci, facta ab Archiepiscopo Messanense, quae erat Sancti Philippi Fragalatis.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

Manca. — [2] *Manca.* — [3] Judiciario. — [4] Judiciario. — [5] *Manca.* — [6] Contraria. — [7] Quod ex terris petia. — [8] Costituerunt. — [9] Actis. — [10] Et. — [11] *Manca.* — [12] Vel. — [13] *Manca.*

XXIV.*

Naso 1398. Gennaro 3. Ind. VII.

Transunto di una scrittura privata con la quale Giovanni Di Salvo dona al Monastero di S. Filippo di Melitiro del Val Demina una vigna con terre vacue e con alberi selvatici e domestici.

In nomine Domini nostri Ihesu Xristi amen. Anno Dominice Incarnacionis ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo octavo. mense januarij, tercio die, mensis ejusdem, septime indicionis.

Regnantibus Serenissimis Dominis, Dominis nostris Rege Martino et Regina Maria, Dei gratia, Illustribus Rege et Regina Sicilie ac Athenarum et Neopatrie Duce et Ducissa, regni vero dicti domini [1] Regis anno septimo et predicte Domine Regine anno vicesimo secundo, feliciter amen.

Coram nobis Vito Cingari [2] judice terre Nasi, Petro de Arlota regio puplico tocius Vallis Demine notario et testibus subnotatis, ad hoc vocatis specialiter et rogatis, quod prescripto die in nostri presenciam constitutus frater Agnatus, [3] Venerabilis Abbas Monasteri Sancti Fhilippi de Militiro, Vallis Demine sua coram nobis exposicione narravit, ut cum habeatur quedam scriptura [4] greca scripta [5] manu presbiteri Iohannes [6] *(sic)* de Adamo, in defectu notarii puplici, in dicta scriptura non intervenientis [7] . . . . cujus donacionis quondam Iohannis de Salvo dictus Palizotus [8] de Casali Crapi, et oporteat eum dictam scripturam [9] penes se, nomine quo supra, puplicam habere [10] dicti sui Monasteri ad sui caltelam et fi-

---

* La pergamena è alta cm. 40, larga cm. 16, sbiadita ed illegibile in moltissimi punti. La scrittura è di forma corsiva gotica notarile di tipo differente di quello delle pergamene precedenti. Sono da notare le firme di alcuni testimoni in volgare, ma colle lettere greche.

dem omnibus faciendam, requisivit nos propterea nostrum officium implorando, ut dictam scripturam [11] in formam puplicam sibi, nomine quo supra. redigere et informare deberemus, ut nostra in eam judiciali auctoritate interposita, eamdem vim habeat presens plubicacio, quam habere dignoscitur originalis scriptura supradicta: cujus peticione audita, tamquam juri consona adque astensa nobis per predictum exponentem, nomine quo supra, scripturam ipsam vidimus, legimus et inspeximus diligenter actendentes ipsam non habolitam, non abrasam, non cancellatam, nec viciatam in aliqua parte sui, set in ejus propria forma et figura consistere, omnique prorsus vicio et suspicione carentem, ipsam, de verbo ad verbum. prout jacebat, nihil in ea per nos addito, diminuto etiam, vel mutato per quod sensum mutet, vel viciet [12] substanciam, seu intellectum, in presenti forma puplica [13] exemplari fideliter fecimus et transcribi per manus mei predicti notari Petri de Arlota, [14] cujus scripture, forma et tenor, per omnia talis est: A li novi di dichebru lannu di la decima quarta indiciuni, eu Iohanni de Salvo . . . . di labacia di Santu Philippu di Valli Demina, una vigna cum terri vacui et cum tucti li arburi selvagi et domestichi in la cuntrada di [15] . . . . . di li terri di Philippu Guida et di la via puplica et di la terra [16] . . . . . et di li altri confini . . . . Perruchio judichi [17] di lu Casali . . . . lu dictu Ihoanni di Salvo . . . . sub pena di uncii dechi . . . Ihoanni di Salvo . . . Testi . . . . Burachi . . . . . Sergi Santoro . . . . Ihoanni de Adamo . . . . . . presenti plubicacioni fides ubique habeatur [18] in judicio et extra . . . Factum est exinde presens puplicum instrumentum ad cultelam dicti exponentis. [19] nomine quo supra. nostris subscripcionibus et testimonio roboratum.

Actum in dicta terra Nasi anno, mense. die et inditione premissis.

† Ego Vitus Cingari [20] Iudex scrisit [21] *(sic)* et testor.

† Nos . . . . . † Guillelmus Burachi. † Sergius Santoru, testes, literas nescientes per manus mey predicti notarii Petri de Arlota me subscribi *(sic)* fecimus et testamur.

† Εγώ ἱέρεὺς ἰωάννης ἀδάμου [22] τανότερα μαρτυρῶ.

† Εγώ [23] .... τανότερα μαρτυρῶ.

† Εγώ [24] .... δι λου κασαλι δι μιρτυ μαρτυρῶ.

† Νικολαος [25] .... τανότερα μαρτυρῶ.

† Καγῶ .... μαρτυρώ.

† Ego Petrus de Arlota [26] qui supra, regius puplicus tocius Val-

lis Demine notarius. premissis rogatus. presentem puplicacionem [27] exemplavi. plubicavi. [28] scripsi et testor.

Nel dorso della pergamena leggesi:

La concissioni fatta da Giovanni di Salvu [29].

Item. — Transunto di una polisa declaranti una vigna in favori di l'Abbatia di Santo Philippo.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

[1] Eiusdem. — [2] Zangari. — [3] Rignano. — [4] Quasdam scripturas. — [5] Scriptas, — [6] Ioannis. — [7] Notarii ipsius et deinde scripture non habentur autentice. — [8] Dicti Palazoli. — [9] Tam dicte scripture. — [10] Scripta habeat. — [11] Dicte scripture. — [12] Variet. — [13] Scriptam. — [14] Arliot. — [15] Guercu di la Curti. — [16] Di Canano. — [17] Et in di la. — [18] *Manca da* « Casali » *fin qui*. — [19] *Manca*. — [20] Zangari. — [21] Scripsi. — [22] Ιωάννης δαμ . . . . . . [23] γιαχυνυ γιαχυπυ. — [24] πυρυτξυ γιυδιτξι. — [25] νιχολ δι χορπυ. . . . . — [26] *Manca*. — [27] Presens interfui. — [28] *Manca*. — [29] *Manca*.

XXV.*

Naso 1398. Gennaro 3. Ind. VII.

Transunto, fatto ad istanza dell'Abate di S. Filippo di Melitiro di Val Demine, di un testamento in volgare, pel quale Pandolfo Cupani del Casale di Mirto lascia taluni suoi beni all'anzidetto Monastero.

In nomine Domini nostri Ihesu Cristi amen. Anno Dominice Incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo [1] nonoagesimo octavo, mense januarij, tercio die mensis ejusdem, septime indicionis.

Regnantibus Serenissimis Dominis, Dominis nostris, Rege Martino [2] et Regina Maria, Dey gratia Illustribus Rege et Regina [3] Sicilie, ac Athenarum et Neopatrie Duce et Ducissa, regni vero dicti Domini Regis anno septimo, predicte Domine Regine anno vicesimo secundo, feliciter amen. Coram nobis Vito Cingari, judice terre Nasi, [4] Petro de Arlota, [5] regio puplico tocius [6] Vallis Demine notario et testibus subnotatis, ad hoc vocatis specialiter et rogatis, quod prescripto die in nostri presenciam constitutus frater Agnatus, [7] Venerabilis Abbas, Monasteri Sancti Philippi de Militiro, Vallis Demine, sua coram nobis exposicione narravit ut, cum habeatur quedam scriptura greca scripta manu presbiteri Philippi de Candili in defectu notari puplici in dicta scriptura non intervenientis . . . . cujus testamenti seu ultime voluntatis quondam Pandolfi Cupani de Casali Mirti, et oporteat eum dictam scripturam penes se, nomine et pro parte sui Monasteri, puplicam habere ad sui cautelam,

* La pergamena è alta cm. 40, larga cm. 16, sbiadita ed illegibile in moltissimi punti. La scrittura è di forma corsiva gotica notarile di tipo identico a quello della pergamena precedente. Sono da notare le firme di alcuni testimoni in volgare, ma colle lettere greche.

nomine quo supra, et fidem omnibus facienda, requisivit[8] nos, propterea nostrum officium implorando ut dictam scripturam[9] in formam puplicam sibi, nomine[10] quo supra, redigere et informare deberemus, ut nostra in eam[11] judiciali auctoritate interposita eamdem vim habeat presens plubicacio quam habere dignoscitur originalis scriptura supradicta. Cujus peticione audita, tamquam juri consona adque ostensa nobis per predictum exponentem, nomine[12] quo supra, scripturam ipsam[13] vidimus, legimus et inspeximus diligenter actendentes, ipsam non habolitam, non abrasam, non cancellatam nec viciatam in aliqua parte[14] sui set in ejus propria forma et figura consistere, omnique prorsus vicio et suspicione carere, ipsam de verbo ad verbum, prout jacebat, nichilo in ea per nos addito, diminuto etiam vel mutato per quod sensum mutet vel viciet substanciam seu intellectum, in presenti forma puplica exemplari fideliter fecimus et transcribi per manus mey predicti notari Petri de Arlota, cujus scripture forma et tenor per omnia talis est. A li novi di lu misi di dichembru, lannu di la septima indiciuni, Pandolfu Cupani, standu infermu di (lu corpu) . . . di sua retta memoria fichi so testamentu et lassau una terra chi est a lu collu . . . . una terra cum li arburi chi est a la contrata di zu cum li arburi domestichi, salvatichi . . . . tamen pri raxiuni di recanuxenza et distituciuni et lassau a Iacobu. . . . . una pocu di vigni. . . . . et lu restu di tutti li soy beni mobili e stabili. . . . li infrascripti niputi lassau a Santu Philippu di Militiro, Vallis Demine, li quali soi niputi et heredi su: Iohanni Blasi et Philippu Cupani et vogli chi quistu sia l'ultimo testamentu, et si non vali pri via di testamentu vagla pri via di codicillu oy pri donaciuni causa mortis oy pri calumcu modo, chi meglu putissi valiri et tiniri. Presenti presti Petru Chipidi, presenti Philippu Grassu, presenti Philippu Candili, Sergi de Amato, Roberto Mircuri judichi di lu Casali di Mirtu.

Unde ad futuram memoriam et de qua presenti plubicacione fides ubique habeatur in iudiciis et extra, factum est exinde presens puplicum instrumentum ad caltelam dicti esponentis, nomine quo supra, nostris subscripcionibus et testimonio roboratum.

Actum in dicta terra Nasi, anno, mense, die et inditione premissis.

† Ego Rubertus Mircuri[15] qui supra iudex, litere nesciens, manu mey predicti notari Petri de Arlota, me subscribi feci et testor.

† Ego Vitus Cingari testor qui supra judex, manu mea scrisit et testor.[16]

† Εφῶ ιερευς Φιλιππος Κανδιλα τα ανοτερα μαρτιρῶ.

† Ego (presbitero) Petro de Chipidi testor.

† Ρρουβέρτυ μιρκούρι ιούδιχη δι λόυ κασαλι δι μιρτυ μαρτιρῶ. [17]

† Σεργι δι αμάτου τα ανότερα μαρτυρῶ.

† Εγῶ [18] .... Φιλιππος τόυ. [19] .... Νικόλαου μαρτυρῶ.

† Ego Petrus de Arlota [20] qui supra, regius puplicus tocius [21] Vallis Demine notarius, premissis rogatus presentem puplicacionem. exemplavi, publicavi, scripsi et testor.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

1 Ducentesimo. — 2 Iacomo. — 3 Regni. — 4 *Manca il nome del giudice.* — 5 Arlosi. — 6 *Manca.* — 7 *Manca da* « quod prescripto die » *sino* « Agnatus. » — 8 *Manca dalle parole* « ut habeatur quedam scriptura » *sin qui.* -- 9 Dictum scriptum. — 10 *Manca.* — 11 *Manca.* — 12 *Manca.* — 13 *Manca.* — 14 *Manca dalle parole* « in aliqua parte » *sino alla fine del documento non riscontrando raramente che qualche parola letta anche male.* — 15 *Manca.* — 10 *Manca completamente.* — 17 *Manca.* — 18 ἱερεύς. — 19 ἱερέωσ. -- 20 Arlos. — 21 *Manca.*

XXVI.*

Randazzo 1398. Agosto 15. Ind. VI.

I due Martini e la Regina Maria confermano a Cristofaro Gomiz la donazione di un mulino e di una stalla, fattagli da Agnato, Abate del Monastero di S. Filippo di Fargala, per il censo annuale di due oncie d'oro.

Martinus Dei gratia Rex Aragonum, et Martinus eadem gratia Rex Sicilie ac Ducatuum Athenarum et Neopatrie Dux, et eiusdem Regis et Regni Aragonum Primogenitus et Gubernator generalis. et Maria eadem gratia dicti Regni Sicilie et Ducatuum predictorum Regina et Ducissa, et in dicti Regni Sicilie et Ducatuum eorumdem Regimine et Solio omnes tres comsedentes, conregentes et conregnantes.

Presentis privilegii serie notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris: quod in nostre Majestatis presentia personaliter constitutus Cristoforus Gomiz,[1] familiaris et fidelis noster, ostendit et presentavit eisdem nostris Majestatibus, quamdam cartam pergameneam, donationis cuiusdam molendini, siti in Valle Demine, intus territorium Monasterii Sancti Philippi de Fargala, facte

* La pergamena è alta cm. 28, larga cm. 41, con un ripiego alto cm. 4. Si conserva in buono stato; la scrittura è minuscola gotica. Questo diploma reale fa parte dell'Esposizione Paleografica Permanente di questo Archivio di Stato, Sezione « Paleografia Siciliana » N. 25. Vi è la firma autografa del Re Martino e del Cancelliere Pietro Serra, che firma prima del Re e s'intitola: *Cancelliere del primogenito d'Aragona.*

Il Serio nel trascrivere questo documento nota al margine: *Autographum membranaceum servatur in arca Tabularii Magni Valetudinari Panormi cum sigillo magno cerae rubrae.* Il suggello però più non esiste e non si rinvengono che i soli cordoncini di seta rossa dove trovavasi appeso fino all'epoca in cui ebbe a vederlo Monsignor Serio.

sibi suisque heredibus in perpetuum per Venerabilem Fratrem Agnatum, Abbatem dicti Monasterii, cum consensu et pari [2] voto monachorum et fratruum eiusdem Monasterii, ad sonum campane in unum, more solito, congregatorum, noto ipsius Abbatis sigillo sigillatam; sub annuo censu unciarum auri duarum per eumdem Cpristoforum et dictos suos heredes solvendarum eidem Monasterio anno quolibet in perpetuum, unam videlicet in festo Nativitatis Domini, et aliam in festo Resurrectionis eiusdem. Quod molendinum sub dicto annuo censu, Bartholomeus de Aragonia, olim Comes Camerate, noster nepharius proditor et rebellis, sue fidelitatis tempore habebat, tenebat et possidebat. Cum autem sicut percepimus [3] nobilis quondam Vinchiguerra de Aragonia, pater dicti Bartholomei, suis sumptibus et expensis construxerit molendinum predictum in territorio prefati Monasterii Sancti Philippi; cumque ipsius Bartolomei bona [4] omnia et singula, ac jura quevis sibi in quibuscumque bonis quomodolibet spectantia et pertinentia, presertim jura in dicto molendino sibi spectantia, et in quibus [5] hereditario jure successerat, sint nostre Curie Fisco [6] legitime devoluta, aperta [7] et confiscata: ad humilem supplicationem per prefatum Cristoforum nostris culminibus noviter inde factam, attendentes grata plurimum et accepta servitia per eundem Cristoforum nobis diutius et longeve prestita, que prestat ad presens, et in antea conferre poterit meliora, Domino permittente, donationem et concessionem per prefatum Venerabilem Abbatem, cum consensu monachorum Monasterii predicti, dicto Cristoforo de prefato molendino ut supra factam, acceptamus, ratificamus et pleno favore regio confirmamus. Et ad uberiorem cautelam quantum possumus et ad nos pertineat et spectet, eidem Cristoforo suisque heredibus in perpetuum dictum molendinum cum omnibus suis juribus, rationibus, proprietatibus, limitibus, tenimentis, edificiis, aquis et pertinentiis universis, ac quoddam stabulum constructum in terra Sancti Salvatoris dicte Vallis Demine, quod ad dictum comitem, ut percepimus, pertinebat, damus, concedimus et donamus: trasferentes in eundem Cristoforum et eius heredes predictos omnia jura, omnesque actiones, que et quas dictus Bartolomeus habebat in molendino et stabulo predictis, que ob rebellionem incautam, ac crimen lese majestatis per eundem Bartolomeum contra nostras Excellentias nepharie commissa et perpetrata, sunt nostre Curie Fisco legitime devoluta, aperta [8] et confiscata, et que nobis competunt quacumque ratione sive causa.

Quibus quidem juribus et actionibus idem Cristoforus eiusque heredes predicti possint et valeant uti, agere et exsperiri in judicio

et extra judicium, agendo videlicet et defendendo, excipiendo, proponendo et replicando, sicut et quemadmodum nos poteramus ante presentes confirmationem et donationem, ac jurium cessionem. Dantes et concedentes nihilominus dicto Cristoforo eiusque heredibus in perpetuum, auctoritatem, licentiam et plenariam facultatem, dictum molendinum cum stabulo donandi, vendendi, permutandi et quomodolibet aliter alienandi, ac faciendi de eis eorum omnimodas voluntates, sicut et quemadmodum dictus Bartolomeus, sue fidelitatis tempore facere poterat, nosque poteramus ante presentes donationem, confirmationem et jurium cessionem, nostre Curie et cuiuslibet alterius juribus semper salvis.

In cuius rei testimonium, presens privilegium exinde fieri jussimus nostri pendentis sigilli munimine roboratum. Petrus, Cancellarius Primogeniti Aragonum.[9] — Rex Martinus.

Datum in terra Randatii per nobilem Bartholomeum de Iuvenio militem, Regni Sicilie cancellarium, consiliarum, familiarem et fidelem nostrum.

Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, die quinto decimo Augusti, sexte inditionis, regnique nostri dicti Regis Aragonum anno tertio, dicti Regis Sicilie septimo, et dicte Regine vicesimo secundo.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1398. — N. 44.

Lu privilegio di lo mulinu confirmato a Cristofalu da lu Abbati e monaci di Sancto Philippo de Fargala.

Item. — Martinus Sicilie Rex confirmat concessionem cuiusdam molendini factam ab Abbate Sancti Philippi de Fragalà.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato in questo Archivio di Stato.

[1] Comes. — [2] Communi. — [3] Precepimus. — [4] *Manca.* — [5] Quibusdam. — [6] *Manca.* — [7] *Manca.* — [8] *Manca.* — [9] *Manca la firma del Cancelliere Pietro.*

XXVII.*

San Marco 1400. Novembre 12. Ind. IX.

Agnato, Abate del Monastero di S. Filippo di Val di Demina, fa rivestire in forma pubblica un atto di società, stipolato privatamente tra lo stesso e Roberto di Casta e Giovanni Catanzaro di Lercara.

In nomine Domini nostri Iehsu Christi amen. Anno Dominice Incarnationis eiusdem millesimo quatracentesimo, mense Novembris, duodecimo eiusdem, none inditionis.

Regnantibus Serenissimis nostris Dominis Rege Martino et Regina Maria, Rege et Regina Sicilie, Ducatuum Athenarum et Neopatrie Duce et Ducissa, regni vero dicti Domini Regis anno nono, et dicte Domine Regine anno vicesimo tertio, feliciter amen.

Nos Mattheus Bellino judex terre Sancti Marci, Nicolaus de Pericono, apostolica autoritate ubique notarius puplicus, ac judex ordinarius, et testes sub scripto notati, ad hoc vocati specialiter et rogati, presenti scripto puplico instrumento notum facimus et testamur, quod Venerabilis Frater Agnatus, Abbas Manasterii Sancti Philippi de Vallis Demine, adcedens ad nostram presentiam nostrum officium implorando, sna expositione narravit; ut cum habeat quamdam notam scriptam manu honesti viri presbiteri Nicolai Ma-

---

* La pergamena è alta cm. 35, larga cm. 21, con molti buchi ed in parecchi punti sbiadita; fa parte dell'Esposizione Paleografica Permanente di questò Archivio di Stato, Sezione « Paleografia Siciliana » N. 26. La scrittura è minuscola corsiva gotica notarile. Vi si riporta il contratto originale scritto in vernacolo, ch'è un soccio di pecore, capre ed una giumenta col suo seguace, dati in accomandita; documento già da me pubblicato come saggio, a pag. LXX. dell'opera « *Sullo stato e sulla Riforma della legislazione dei Pubblici Archivi in Italia.* »

yenza de terra Longi in defecto notarii puplici, et oporteat exsponentem ipsum dictam notam penes se puplicam habere, ad sui cautelam et fidem omnibus facienda, requisivit nobis propterea et attente rogavit, ut dictam notam sibi in formam puplicam redigere et formare deberemus. Cujus petitione exaudita per nos, tamquam juri consona, et quia juxta petentibus non est judicialis denegandus adsensus; et obstensa nobis per predictum honestum presbiterum Nicolaum nota ipsa, vidimus, legimus et inspeximus diligenter fore et esse scriptam manu predicti honesti presbiteri, qui est fide dignus, ydoneus ad talia agenda, ac et etiam electum per predictum Venerabilem Abbatem in defectu notarii puplici. Attendentes ipsam notam non abolitam, non abrasam, nec cancellatam, nec vitiatam in aliqua parte sui, set in ejus propria forma et figura consistere, pertinere, omni prorsus vitio et suspicione carere, ipsamque de verbo ad verbum, nihil in ea per nos adito, diminuto etciam vel mutato, in presentem puplicum et exemplari fideliter fecimus, et trascribi per manus mei predicti notarii Nicolai de Pericono, nostra iudiciali auctoritate interposita; cuius note tenor per omnia talis est.

Convinciuni et cumpagnia fatta et ordinata infra lu Venerabili fratri Agnatu, Abati di lu Munasteriu di Santu Philippu di Valdidemina, et dui altri, unu Rubertu di Casta, et Iohanni Catanzari, abbitaturi di la terra di Lalcara; la quali convinciuni et cumpagnia pir hista presenti carta volgarizanu particularimenti tuttu hillu hi in li predicti hanu ordinatu et fattu nettamenti, senza nulla malizia, di loru grada e spontania voluntati, presenti li sutta scripti testimonii, decimo die mensis Ottubris, anni none inditionis, videlicet.

In primis lu Venerabili misseri lu Abbati, di la banda sua metti pecuri chentu et sei infra fimmini et masculi, ancora crapi, et metti la mitati di una iumenta figlata cum unu pultru masculu appressu, la quali mitati accattau pir Agustari chinqui. Et li supra dicti Rubertu et Iohanni mettinu bestii chinquantatri infra pecuri et crapi, fimmini et masculi, et mettinu laltra mitati di la ditta iumenta; et lu lanu di loru sittinu, pir li pecuri li quali metti lu prelibatu misseri lu Abati plui, lu quali lanu astimatu unci dui pir annu. Li quali cosi preditti volinu et ordinanu ambi li parti hi sianu tutti misti, comuni, et stayanu in compagnia di lu supradittu iornu innanti pir fina insumma di anni tri, et hi tuttu lu sufrutto di li ditti bistiami sia comuni di ora innanti, hi tantu di haia lu predittu misseri lu Abbati, quantu li preditti Rubertu

et Iohanni; ancora hi li spisi soliti sianu comuni di omni cosa, tantu di furmentu, quantu di erba et drappu, et di omni autra spisa licita.

Item volinu et ordinano hi doranti la ditta compagnia lu dittu tempu, hi illi pozanu partiri omni cosa pir mitati, et hi luna parti et lautra poza fari et disfari tutta sua intintioni liberamenti senza nullu impachu, et hi non sia tinutu lunu a laltru di nenti, et hi comu ja est dittu, lu sittinu mora infra li dui parti, et cussi concludinu la convencioni et compagnia, iurandu supra lu Santu Evangeliu lu dittu Rubertu et Iohanni di operari, trattari et chircari, aytari, murtiplicari li ditti bistiami ad tuttu lor putiri, et di non contradiri nec diminuyri la continentia di la carta preditta, et cussi si obligano, in pena di lu Sacramentu, ancora di unci quattru alu Reverendu Archiepiscupu di Missina comu esoi vassalli, et cussi similiter mi hanu data la fidi et richiputa di manu et di bucca di lu prefatu misseri lu Abbati, et di li religiusi frati Ysaya Prolu di lu dittu Monasteriu, et di li frati Annichi Santisi, et cussi pir histu modu finixinu la preditta carta, vulendu l'una parti et laltra hi la carta preditta si diia intendiri beni et sanamenti sempri cum hunuri et prudi di luna parti et laltra; et pir maiuri viguri lu prelibatu misseri lu Abbati cum li soi monachi sinchi supscrivinu di loru propria manu.

Presenti Guillelmu Maltisi di Militiro, Iohanni et Nicolao Vizì, et Iohannuzu di Presti Auldirisi, habitaturi di li ditti Casali et Iacunu Nicolao di Nasu, et Iacupu lu Grassu di Santu Marcu, et Iacubu di Tanane.

Eu Presti Nicolao di Mayenza mi scripsi pir difettu di nutaru, tinendu di lu mundu anni sei mila et novichentu.

Regnanti lu Serenissimu Signuri Re Martinu Primogenitu di Aragona etc. et la Serenissima Signura Regina Maria, Re di lu Regnu di Sichilia etc.

Unde ad futuram memoriam, et quod de presente plupicatione fide ubique summarie habeatur, factum est exinde presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarii Nicolai de Pericono, nostri subscricionibus roboratum.

Actum in dicta Terra anno, mense, die et inditione premissis.

† Ego qui supra Nicolaus Bellino, judex terre Sancti Marci litteras nesciens, meo rogato per manus supraditti notarii Nicolai scribere me feci et testari.

† Εγώ αδελφός αγνάτος ευτελεὶς μόναχος καὶ τή τοῦ θεοῦ χάρειτει καὶ τοῦ .... ηγούμενος τῆς μονῆς τοῦ αγίου Φιλίππου τῆς δεμέννας τὰ ανώτερα στέργυ καί μαρτυρῶ.

† Καγὼ αδελφός .... μόναχος τῆς μονῆς αγίου Φιλίππου τῆς δεμέννας τὰ ανότερα μαρτυρῶ.

† .... τανότερα μαρτυρῶ.

† Εγο αδελφός ονουφριος τὰ ανότερα μαρτυρῶ.

Ego qui supra Nicolaus de Pericono apostolica auctoritate ubique notarius puplicus ac iudex ordinarius scripsi et meo consueto signo signavi.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1400 — N. 45.

Lu privilegiu di una compagnia facta.

Item. — Contractus societatis inter Abbatem Sancti Philippi Fragalatis aliosque duos.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XXVIII.*

Feudo di Gullia, 1408. Aprile 19. Ind. I.

Aganato, Abate del Monastero di S. Filippo di Val di Demina vien integrato nel possesso del feudo di Gullia insieme ad un pezzo di terra detto « lu cugnu di lu cuntrastu o *la manica di luchiprisi » dichiarandosene i confini; in esecuzione di una sentenza del Tribunale della Sacra Regia Coscienza, riportata dal detto Monastero contro Giovanni di Ventimiglia Barone di Sperlinga.*

In nomine Domini amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo quatringentesimo octavo, mense Aprilis, decimonono eiusdem, prime inditionis.

Regnante Serenissimo Domino, Domino nostro Rege Martino, Dei gratia Inclito Rege Sicilie, ac Athenarum et Neopatrie Duce; regni vero dominii dicti Domini Regis anno sextodecimo, feliciter amen.

Nos Michael de Manuello, et Vinchius Ramda [1] judices terre Randatii, Antonius de Cancellario publicus totius insule Sicilie regius notarius, Simon de Vinuta, Pinus Firranti presbiter, Simon Bisaza presbiter, Rogerius de Homodeo, Iohannes Cundo, Bartucius Rustica, Chitius [2] Cavallarius, Symon de Ugria, magister Antonius de Sancto Philippo, Nicolaus Lutruglu, Fridericus, Panarella, [3] Iacobus de Sancto Philippo, Nicolaus Palatiolus serviens Curie Capitanei terre Randatii, judex Paulus Milia, Bernardus Manianti habitatores dicte terre Randatii; Nicolaus Mileti Castellanus [4] Castri Boli Iohan-

---

* La pergamena è alta cm. 69, larga cm. 49, si conserva in buono stato. La scrittura è corsiva gotica di buona forma. Essa porta l'inserzione della sentenza del Supremo Magistrato della S. Regia Coscienza, che conferma quella della Magna Curia.

nes de Parisio habitator Alcarie, Andreas de Flore habitator Longi, Petrus Cava habitator Longi, Petrolus di lu Grillu [5] habitator Longi, Iohannes Calabro, Sergius [6] de Sanctoro, Valenti de Sanctoro, Gregorius de Trohud, [7] Antonius Bordonarius, Constantius Ligire, Philippus Ambrosii, Guillelmus Visi, Clericus Lucas de Militiro habitatores Casalis Frasano; Antonius Miglaresi, Petrus de Angilino habitatores Salvatoris, magister Bonfilius de Franco Iohanne, Matheus Billinus, Clericus Vinchius de Brolo, Michael Galvagnus, Iacobus de Richiputa, Clericus Iohannes de Solumi, habitatores terre Sancti Marci Vallis Deminum; Clericus Bartholomeus de Miglono habitator Galati, et Iohannes Bactiyani [8] habitator terre Nasi; testes ad hoc vocati specialiter et rogati.

Presenti scripto puplico notum facimus et testamur, quod lata dudum quadam sententia per Curiam Sacre Regie Conscientie, ad petitionem Venerabilis Fratis Aganati, Abbatis Monasterii Sancti Philippi Vallis Deminum, actoris contra nobilem et egregium Iohannem de Vintimilio, Baronem Spirlinge, detemptorem et possessorem Monasterii Sancte Marie de Maniachii conventum, questionis petitionis, declarationis confinium et limitum pheudi Gullie, siti et positi in Regno Sicilie, in Valle Deminum, in territorio Maniachii; ac etiam [9] declarationis omnium jurium reddituum et proventuum dicti pheudi, spectantium et pertinentium ad ecclesiam Sancte Marie de Gullia, tamquam grangiam dicti Monasterii Sancti Philippi, et petitionis unciarum auri decem et octo. Idem Venerabilis dominus Abbas Sancti Philippi, nos qui supra suos [10] iudices et notarium esse [11] in hac parte, attente rogavit, ut personaliter accederemus ad dictum pheudum, et omnia in dicta sententia contenta et notata, juxta seriem et tenorem exequeremur. Qua de re, vigore et auctoritate commissionis nobis per dictam Curiam Sacre Regie Conscentie facte, sigillo dicti Serenissimi Domini nostri Regis munite, infrascripti tenoris, personaliter accessimus ad dictum pheudum Gullie, et eumdem Venerabilem dominum Abbatem Sancti Philippi in corporalem, vacuam et expeditam possessionem dicti pheudi, cum omnibus et singulis juribus videlicet dohane, erbagiorum, decimarum, [12] mandragiarum, restuciarum, [13] et aliorum quorumcumque jurium ad dictum pheudum quovis modo spectantium et pertinentium, posuimus et effectualiter induximus, ac etiam induximus eundem dominum Abbatem in possessionem corporalem cujusdam petie terre vocate lu cugnu di lu contrastu, alias la manica di luchiprisi, tamquam membri, et de membris dicti pheudi Gullie. Post que statuimus, ordinavimus et fecimus limites et confines Gullie ab eodem

territorio Maniachii modo subscripto videlicet: a parte semptentrionis incipiendo a quibusdam arboribus, et abinde, ascendendo per serram serram, extendunt [15] usque ad tres petras, que sunt prope nemus Damiani Sillida; in quibus petris invenimus tres cruces, in unaquaque ipsarum unam; et fieri fecimus in eisdem alias tres cruces, silicet [16] unam crucem in qualibet, et eodem modo dictis arboribus, usque ad dictas tres petras, fieri fecimus plures cruces [17] super aliquibus lapidibus albis in terra fixis; deinde a dictis tribus petris, dicti limites et confines extendunt [18] ad nemus lapidum, et ab inde ad quandam chappam, super qua fieri fecimus quandam crucem, et abinde extendunt [19] ad quendam lapidem [20] magnum, in quo invenimus quandam crucem, et in eo fieri fecimus aliam crucem; qui lapis est prope areas vocatas li sururi, et a dictis areis descendunt [21] per serram serram ad vallonum vocatum lu valluni di la fractina, et in medio dictarum arearum et eiusdem valloni, super aliquibus lapidibus in terra fixis, fieri fecimus aliquas cruces; in quo vallone extendunt [22] usque ad eam partem [23] que vocatur lu sautu [24] di l'acqua, in qua parte fieri fecimus quandam crucem super quodam lapide; et deinde per vallonum vallonum dicti confines extendunt [25] usque ad fractinam magnam, tota dicta fractina remanente intus dictum pheudum Gullie; et ab inde perveniunt [26] usque ad flumen, prefata petia terre vocata lu cugnu di lu cuntrastu, alias la manica di luchiprisi intus dictum pheudum Gullie remanente. Cujus quidem immissionis [27] tenor per omnia talis est.

Martinus, Dei gratia, Rex Aragonum, et Martinus, eadem gratia Rex Sicilie, ac Athenarum et Neopatrie Dux, et eiusdem Regis et Regni Aragonum Primogenitus, et Generalis Gubernator, et in dicti Regni et Ducatuum eorumdem regimine et solio consedentes, conregentes et conregnantes, Antonio de Cancellario uni ex Magne Nostre Curie Notariis, familiari et fideli nostro, gratiam et bonam voluntatem. Noscat fidelitas tua, [28] quod visis per Curiam Sacre Nostre Regie Conscentie, et diligenter inspectis tam actis, et meritis Magne Regie Curie, questionis [29] petitionis, declarationis limitum pheudi Gullie, ac etiam [30] declarationis pheudum ipsum cum omnibus juribus et pertinentiis suis, spectare et pertinere [31] ad ecclesiam Sancte Marie de Gullia, tamquam ad grangiam et membrum Monasterii Sancti Philippi de Valle Deminum; nec non prefatum Monasterium esse in possessione dicti pheudi: et petitionis unciarum auri decem et octo petitarum [32] ratione perturbationis habite dudum principaliter et tractate in dicta Magna Curia, inter fratrem Aganatum, Abbatem Sancti Philippi de Valle Demi-

num, actorem [33] et appellatum [34] ex una parte, et nobilem Iohannem de Vintimilio, Baronem Sperlinge conventum et appellantem [35] ex alia, per debitos juris terminos ad sententiam diffinitivam, quam idem nobilis Iohannes contrariam reportavit: a qua se gravatum sentiens, ad dictam Curiam Sacre Nostre Conscentie appellavit: pro ut in processu questionis eiusdem ad eandem per appellationis remedium devoluto, ex parte ipsius nobilis conventi, ut premittitur, interiecte [36] latius continetur. Quam causam [37] appellationis in dicta Curia Sacre Nostre Conscentie inter partes easdem diyutius agitate, in qua processum extitit per debitos juris terminos ad conclusionem inclusive, demum ad sententiam diffinitivam, per quam dicta Curia Sacre Nostre Conscientie, debitis juris sollemnitatibus, que in talibus requiruntur, observatis, confermavit sententiam dicte Magne Curie, quatenus inde [38] cum [39] presenti concurrit; [40] et nihilominus declaravit limites prefati pheudi Gullie, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, tam silicet herbagiorum, restutiarum, decime, [41] ovilium seu mandrarum, quam juribus dohane et singolis aliis juribus et pertinentiis ipsius pheudi Gullie, spectare et pertinere ad ecclesiam Sancte Marie de Gullia, tanquam ad grangiam Monasterii Sancti Philippi de Valle Deminum. Insuper declaramus [42] prefatum Monasterium esse in possessione dicti pheudi, ac etiam condepnamus prefatum nobilem conventum ad tradendum et assignandum dicto Abbati actori, ad Augustales auri duodecim, ratione perturbationis et fructuum perceptionis de dicto pheudo Gullie per eundem nobilem Iohannem temporibus retrohactis; a reliqua vero pecunia [43] petita absolvit dicta Curia Sacre Conscientie penitus et liberavit.

Limites vero et fines sunt hii: silicet incipiendo ab arboribus existentibus in limite territorii Iohannis Calabro, ascendendo per serram serram versus viam pervenitur ad petras [44] in quibus est quedam chappa lapidis seu petre, et ab eadem chappa pervenitur ad tres petras que sunt prope nemus Damiani Sillida, et abinde pervenitur ad nemus lapidum in medio ipsius nemoris; iterum pervenitur ad nemus prefatum de chappa, et deinde descendendo per serram pervenitur ad aream que dicitur li sururi, et abinde descendendo per serram pervenitur ad vallonum in quo sunt fractine, vocatum [45] lu valluni di la fractina, et est intermedium [46] intus pheudum Maniachi et petium terre quod vocatur lu cugnu di lu cuntrastu seu la manica di luchiprisi, petitum [47] eodem petio terre remanente intus territorium dicti pheudi Gullie; et abinde descendendo per vallonum vallonum pervenitur usque ad flumen; [48] sententialiter [49] et in scriptis, [50] prout ex actis dicte Curie Sacre Conscientie constitit satis plene. [51]

Et quia nil prodest sententiam fieri [52] nisi debite exequutioni mandetur; fidelitati vestre [53] mandamus, quatenus, receptis presentibus, te ad dictum pheudum personaliter conferens, forma dicte sententie per te diligenter actenta, eam juxta ipsius seriem et tenorem exequaris infallibiliter, cum effectu statuens et ordinans limites predictos prout superius sunt scripti [54] et notati; inducens eundem Abbatem in quasi possessione omnium jurium predictorum, et dicte petie terre vocate lu cugnu di lu contrastu o la manica di luchiprisì; compellens nihilominus dictum nobilem Iohannem conventum, [55] seu Corradum Spitaleri, tamquam recollectorem reddituum et proventuum bonorum Monasterii Maniachii, nomine et pro parte dicti nobilis conventi, aut alium recollectorem, ad solvendum, tradendum et assignandum eidem Abbati actori, aut legitime persone pro eo, uncias auri. . . . . pro expensis in dicta Magna Curia factis et moderate taxatis, ac etiam uncias auri sex pro expensis in dicta Curia Sacre Nostre Conscentie factis, et iuxta moderatione taxatis, ac etiam uncias auri duas et tarenos [56] tres [57] solutos pro exequtione et jure presentium, et sigilli, ac etiam uncias tres, in quibus processit condempnatio prefata. Cui Corrado ut recollectori, aut alteri recollectori, injungas ex parte Culminis [58] nostri, auctoritate presentium, et mandes quod sub pena unciarum auri quinquaginta debeat satisfacere eidem Abbati actori, aut alteri pro eo, de primis redditibus et proventibus dicti Monasterii Sancte Marie de Maniachii. Cui Abbati aut alteri persone pro eo, debeat continue integre respondere de dictis proventibus et redditibus, donec et quousque sit eidem Abbati [59] integre solutum et satisfactum de omnibus supradictis pecuniarum quantitatibus. [60] Injungens nihilominus et mandans, ex parte nostre Maiestatis eidem Corrado, quod si ipse presumpserit alteri persone respondere [61] de dictis proventibus, quam eidem Abbati [62] aut alteri [63] pro eo, aut satisfactionem dictarum omnium pecuniarum quantitatum, [64] inremissibiliter procedi [65] mandabimus contra [66] eum ad exactionem dicte pene; et super bonis suis faciemus eidem Abbati integre satisfieri de dictis omnibus pecuniarum [67] quantitatibus.

Datum Cathanie, anno ab Incarnatione Domini millesimo quatringentesimo octavo, decimo septimo Aprilis, prime inditionis. Vidit etc.

Unde ad futuram memoriam et ut de premissis et quolibet premissorum apud omnes et singulos fide plenaria prehabeatur, et ad cautelam dicti Venerabilis Abbatis et eiusdem Monasterii Sancti

Philippi, ac cuius seu quorum interest et poterit interesse, certitudinem[68] et cauthelam, factum est exinde presens puplicum instrumentum manu mei predicti notarii Antonii,[69] nostrum qui supra judicis, notarii et subscriptorum testium subscriptionibus, signo et testimonio roboratum.

[70] Actum in pheudo Gullie, anno, mense, die et indictione premissis. Et est sciendum, quod in tricesima tertia linea ubi legitur prefati pheudi Gullie, scrivi debent verba subscripta, videlicet esse ut inferius scriptum est; declaravit etiam dictum pheudum Gullie; que quidem verba obmissa fuerunt non vitio sed ex errore, nihilominus hic supplentur et ibi intelligantur, et ideo pro autentico habeantur. Actum ut supra. Et est notandum quod in nona linea ubi legitur quedam desuper est positum Sententia; et in vicesima quarta ubi legitur Gullie est positum desuper remanente; dicta duo vocabula videlicet sententia et remanente propterea fuerunt posita desuper, quia fuerunt obmissa; que fuerunt obmissa errore et non vitio; et ideo pro autentico habeantur. Actum ut supra.

† Nos frater Thomas Crisafi Sancte Messenensis Ecclesie Archiepiscopus electus, testamur.

† Ego presbiter Gullielmus de Buctachio Archipresbiter terre Cerami, et Vicarius Sancte Messanensis Ecclesie extra menia Civitatis predicte, testor.

† Ego Bartucius Rustica testor.

† Ego Simon de Minutis[71] testor.

† Ego Micheli Manueli qui supra judex tera *(sic)* Randacii quod interfui testor.

† Ego Vinchius[72] Randa qui supra Iudex terre Randacii quod interfui testor.

† Ego presbiter Symon Visacia testor.

† Ego presbiter Rogerius de Amudeo testor.

† Ego Chicus Cavalario testor.

† Ego Paulus de Milia testor.

† Ego Bernardus Manianti testor.

† Ego qui supra Iohannes de Cundo, scribere nisciens meo rogatu manu presbiteri Vinchii Munastri de S. Marco scribere me feci et testavi omnia premissa.[73]

† Ego qui supra Fridericus Xavarella habitator terre Randacii, scribere nexies *(sic)* meo rogato manu presbiteri Vinchi Munastri scribere me feci et testavi omnia premissa.

† Ego Antonius de Cancellario de Cathania actorum Curie[74] Sa-

cre Reginalis Conscentie Magister Notarius, et qui supra totius Insole Sicilie puplicus Notarius, premissis omnibus rogatus interfui, manu propria scripsi, meoque crucis signo solito signavi et testor.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1408. — N. 46.

Atto transontato di la possessioni prisa di lu pheo di Gullia, et declarationi di li confini di dictu fego, et altri territorii spectanti a lo Abbati olim di Sancto Philippo di la Valli Demone.

Item. — Lu privileju di lo fegho di Gullia.

Item. — Privilegio delli exentioni chi ha Maniachi contra Randazzo.

Item. — Possessio pheudi Gullie data Aganato Abbati Sancti Philippi Fragalatis.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato in questo Archivio di Stato.

[1] Ravida. — [2] Chinus. — [3] Ianarella. — [4] Capellanus. — [5] Gallu. — [6] Rogerius. — [7] Trohina. — [8] Bargani. — [9] Sententia. — [10] Predictos. — [11] Et subscriptos. — [12] Demniarum. — [13] Resticiarum — [14] Formaliter. — [15] Excundum. — [16] *Manca.* — [17] Muros. — [18] Et protendunt. — [19] Excundum. — [20] Ad quoddam nemus. — [21] Descendendo. — [22] Exeundo. — [23] Terram predictam. — [24] Sururi. — [25] Extenduntur. — [26] Pervenitur. -- [27] Commissionis. — [28] Costet fidelitati tue. — [29] Tuorum. — [30] Sententia. — [31] Spectantibus et pertinentibus. — [23] Spectantium. — [33] *Manca.* — [34] Appellantem. — [35] Appellatum. — [36] In scriptis. — [37] Supradicte. — [38] Inter — [39] *Manca.* — [40] Continetur. — [41] *Manca,* — [42] Declaravimus. — [43] *Manca.* — [44]. Terras. — [45] Vocate. — [46] Intereundum. — [47] *Manca.* [48] *Manca.* — [49] *Manca.* — [50] Et in partes. — [51] *Manca.* — [52] Ferri. — [53] Tue. — [54] Expresse. — [55] *Manca.* — [56] *Manca.* — [57] Nobis. — [58] Nihilominus. — [59] Per eumdem Abbatem — [60] Pecuneis pertinentibus. — [61] *Manca.* — [62] Per eundem Abbatem. — [63] Alterum. — [64] Contentarum. — [65] *Manca.* — [66] Quod. — [67] Pene. — [68] Incidentes. — [69] *Manca.* — [70] *Manca tutto il periodo sino alle sottoscrizioni.* — [71] Pino Firraati. — [72] Cinthius. — [73] *Manca l'intiera dicitura.* — [74] Notarius.

XXIX. *

San Marco 1409. Luglio 21. Ind. II.

Agnato, Abate del Monastero di S. Filippo di Val di Demina, fa redigere atto pubblico della deposizione di testimonii, che confermano le liberalità di Filippo di Roberto di Barcellona disposte in sua vita a favore del detto Monastero.

In nomine Domini nostri Iehesu Christi amen. Anno Dominice Incarnationis eiusdem millesimo quatrincentesimo nono, mense Iulii, vicesimo primo eiusdem, secunde inditionis.

Regnante Serenissimo Domino, Domino nostro Rege Martino, Rege Sicilie, Ducatuum Athenarum et Neopatrie Duce, regni vero eius anno decimo settimo, feliciter amen.

Nos magister Antonius de Sancto Siverio judex terre Sancti Marci, Nicolaus de Pericono, regius puplicus totius Vallis Demine subnotati, ad hoc vocati specialiter rogati; presenti scripto puplico notum facimus et testamur, quod ad nostram adcedens presentiam Venerabilis et Religiosus vir Frater Agnatus, Abas Monasterii Sancti Philippi de Vallis Demine, exposuit et obstende [1] nobis certis testibus per eum profertis, de mandato Domini Capitanei terre [2] Sancti Marci; per quam, juxta petentibus non est denegandus adsensus; quoniam [3] testes fuerunt et sunt proferti et interrogati ad istantiam et petitionis [4] predicti Venerabili, [5] pro premissione et alligatione olim facta per quondam Philippus [6] filius quondam Roberti de Barsalona proferti [7] in dicto Monasterio; quam [8] testes sunt hii. In pri-

---

* La pergamena è alta cm. 39, larga cm. 21, e conservasi in buono stato. Essa fa parte dell' Esposizione Paleografica Permanente di questo Archivio di Stato, Sezione « Paleografia Siciliana » N. 30. La scrittura è corsiva gotica notarile di buona forma. Vi sono due firme in greco. Il testo è molto scorretto.

mis presbiter Vincius [9] Monastri de terre [10] Sancti Marci; in ultimis confessoris dicti quondam Philippi juravit intem [11] super ordinis [12] suis sacris, et dixit quod predictus quondam Philippus in ultimis suis legavit omnia bona sua mobilibus et stabilibus [13] ubicumque fuerunt vel fuissent a [14] predicto Monasterio Philippi Sanctii de Vallis Demine. Reservato tamen vineo [15] in contrata Sancti Georgii, in terra et territorio et tenimento terre Nasi, suis finibus lemitatam; quam vineom [16] *(sic)* legavit jure fraternali consanguinitati Michaeli de Barsalona fratri suo; intem [17] pedes olivarum quatuor quod [18] legavit Markisie sorori sue jure consanguinitatis; interea de causa scientie [19] dixit, quod interfuit, vidit et audivit de loco in terra Sancti Marci, de tempore anni presentis secunde inditionis. Donna Margarita mulier vidua, uxor quondam Michal [20] Birtholi, juravit interea et dixit ut proximus; [21] Donna Margarita uxor quondam Bartuchii Cati, juravit interea et dixit ut proxima; [22] fratri Ninfu juravit interea supra li ordini soi sacri et dixit hi lu dictu Philippu si mortificau tutti li beni soi mobili et stabili a lu dictu Monasteriu di Sanctu Philippu, promittendusi [23] di farisi monachu; et poi vinendu a morti, etiam confirmau tutti li predicti beni, comu havia lassatu di primo a lu predictu Monasteru; reservatu la vigna di San Iorgi, hi la lassau a Micheli Barsalona sou fratri, et a Markisa sua soru lassau tri oy quattru pedi di aulivi a la ditta contrata, di umodu si a misseri lu Abbati plachia, per lu quali ipsu fu cuntentu, et li predicti Micheli et Markisa soi soru et fratri eranu illa presenti et accettanti. Interea de causa scientie [24] dixit quod interfuit, vidit et audivit di lo in ditto Monasterio, jam sunt anu unu oy pocu pluy, de mense Iulii anni prime inditionis; presti Petro Chipidi juravit interea et dixit ut proximus; [25] Iacunu [26] Ioannuzu di Solumi juravit interea et dixit ut proximus: [27] presti Antonj de Meli juravit et interea supra li soi ordini sacri et dixit ut proximus; [28] Guillelmu Maltisi juravit interea et dixit ut proximus; [29] Iohannuzzu Bastardu figliu di lu quondam presti Rugeri Cunizari di Naso di minuri eytati, juravit interea et dixit ut proximus, [30] et ancora hi ipsu tinia lu blanduni quandu lu predictu quondam Philippu si comunicau; lu Venerabili fratri Agnatu Abati di lu predittu Monasteriu iuravit interea supra li soi ordini sacri et dixit per omnia [31] ut proximus, [32] et adidit hi ipsu lu comunicau di manu sua propriu; Margarita mulier vidua, uxor quondam Michaeli Birtholi juravit interea et dixit hi ipsa sa hi quannu lu predictu quondam Philippu si comunicau, et ipsu, presenti tutti hilli persuni hi eranu illa presenti et di ipsa midemmi, [33] ipsu quondam lassau tutti li beni soi mobili et stabili

a lu predittu Monasteru di Sanctu Philippu; et a lu frati zoe, Micheli di Barsalona, lassau di ricanuscenza una vigna in la contrata di Santo Iorgi in lu terrenu di Nasu, et a la soru li lassau certii pedi di aulivi in la ditta contrata. Interea de causa scientie [34] dixit quod interfuit, vidit et audivit de loco et tempore ut proximus; [35] Donna Margarita mulier vidua uxor quondam magistri Bartuchii Cati, [36] juravit interea [37] et dixit ut proxima: Donna Isolda mulier vidua, matri di lu Venerabili Abbati, juravit et interea dixit ut proxima; Donna Rosa la skivarra di li Casali di Mirtu juravit interea et dixit ut proxima.

Unde ad futuram memoriam et predicti Monasterii et Venerabilis Abbatis et Conventus cautela, [38] presens puplicum instrumentum exinde factum est per manus mei predicti notarii Nicolai.

Actum in terre [39] Sancti Marci anno, mense, die et inditione premissis.

† Ego qui supra Antonius de Sancto, Sivero judex terre Sancti Marci scribere nexiente [40] meo rogato manus presbiteri Vinchii Munastri scribere me fecit et testor.

[41] † Ego qui supra presbiter Vinchius Munastri omnia premissa confirmo et testor.

† Ego qui supra Rogerius de Mostallio Capitaneus terre Sancti Marci confermo et testor.

† Εγῶ κι σουπερ ιερευς αντόνιυς μελι ιντερφουη περ ομνια κονφέρμω ετ τεστορ.

† Εγῶ αδελγός νιμφως μοναχος τοῦ αγίου Φιλίππου τῆς δεμέννασ μαρτυρῶ τά ανότερα.

Ego qui supra Nicolaus de Pericono, regius publicus totius Vallis Demine, scripsi et meo consueto signo signavi et testor.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1409. — N. 47.

Depositio nonnullorum testimoniorum in favorem Monasterii Sancti Philippi Fragalatis.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato in questo Archivio di Stato.

[1] Obstendit. — [2] *Manca.* — [3] Qui. — [4] Petitionem. — [5] Venerabilis. — [6] Philipphum.. — [7] Professi. — [8] Qui. — [9] Vincentius — [10] Terra. — [11] Interea.—

[12] Ordinibus. — [13] Mobilia et stabilia.— [14] *Manca.* — [15] Reservata tamen vinea.— — [16] Vincentio. — [17] Item. — [18] Qui. — [19] *Manca.* — [20] Michaelis. — [21] Perspeximus. — [22] Perspeximus. — [23] Promittendu. — [24] *Manca.* — [25] Prospeximus. — [26] *Manca.* — [27] Prospeximus. — [28] Prospeximus. — [29] Prospeximus. — [30] Prospeximus. — [31] *Manca.* — [32] Prospeximus. — [33] Medesima. — [33] *Manca.* — [35] Prospeximus. — [36] *Manca.* — [37] Interfuit. — [38] Cautelam. — [39] Terra. — [40] Nesciens. [41] *Manca.*

XXX.*

Randazzo 1441. Maggio 24. Ind. IV.

Marco di Monteleone, Abate del Monastero di S. Filippo di Fragalà della Valle di Demina, per atto pubblico rende legale il transunto dei privilegii concessi da vari Re e Principi ed in tempi diversi al cennato Monastero, scritti originariamente in greco, e qui tradotti in latino e siciliano da Blasio de Blasio della terra di Naso.

Ihesus.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Anno Dominice Incarnationis eiusdem, millesimo quatringentesimo quatragesimo primo, mense Madii, vigesimo quarto[1] eiusdem mensis, quarte inditionis.

La pergamena è alta cm. 80, larga cm. 61; è sbiadita in molti punti e specialmente nelle piegature, la scrittura è corsiva gotica notarile di forma differente di quella dei precedenti diplomi. Essa contiene il transunto di sette diplomi originariamente scritti in greco. Monsignor Serio ebbe a vedere gli originali di due dei suddetti diplomi transuntati e che qui sono segnati con le lettere *a)* ed *e)*, e nota nel primo: *Authographum membranaceum graece scriptum et a me latinitate donatum servatur in arca Tabularii Magni Valetudinarii Panormi, sed absque sigillo: aliam traductionem vernacula lingua legi in quodam transumpto nonnullorum privilegiorum infinitis mendis scatentem. Nos autem dedimus ex graeco exemplari:* E nel secondo: *Authographum graece scriptum et a me latine redditum servat arca dicti Tabularii absque sigillo.*

I due diplomi originali in greco non esistevano all'epoca della consegna che si fece dall'Ospedale a questo Archivio di Stato. Crediamo far cosa utile agli studiosi delle patrie memorie, riportare in seguito dei suddetti due documeuti transuntati nella presente pergamena, le traduzioni fatte dal Serio, che si leggono nel Ms. conservato presso questa Sovrintendenza.

Regnante Serenissimo et Inclitissimo Domino nostro, Domino Rege Alfonso, Dey gratia Excellentissimo Rege Aragonum et Sicilie, ac Ducathus Athenarum et Neopatrie Duce, Regnorum vero ac Ducatuum predictorum predicto Domino nostro Rege anno XXV. sui sacri dominii, feliciter amen.

Nos Matheus Camarzanus, [2] annalis [3] judex terre Randatii, Iohannes de Carduchio de eadem terra, regius puplicus totius Regni Sicilie notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiteer et rogati: presenti scripto puplico notum facimus et testamur; quod presens coram nobis Venerabilis Frater Marcus de Monteleone, humilis Abbas Monasterii Sancti Philippi de Falgara [4] Vallis Deminum, [5] nomine et pro parte dicti Monasterii, pro causis et negotiis pro agendis [6] in rebus et bonis Monasterii antedicti personaliter constitutus, nobis infrascripta narravit, et dixit sua [7] expositione caritativa: quod cum idem frater Marcus, ut Abbas dicti Monasterii, haberet, teneret et possideret, [8] ac habeat, teneat et possideat [9] in archa dicti [10] Monasterii, in suo posse prosistente, [11] certa privilegia Monasterii antedicti, facientia ad opus ipsius, felicis recolende memorie nonnullorum Regum, Principum et Dominorum, continentia certas gratias, preminentias, immunitates et jura, fructus, redditus et proventus dicti Monasterii, per antedictos Reges, Principes et Dominos eidem Monasterio ad sui comodum et utilitatem largitas, tributas, concessas et datas continentia et dictantia [12] in lingua et licteratura greca, et exinde exemplata in scriptis in licteratura latina, cum aliquibus eorum bullis in eisdem privilegiis existentibus, cera rubra subsignatis, [13] ac sigillo aureo in uno dictorum privilegiorum cum omnibus et singulis roborationibus et sollepnitatibus subfultis et roboratis, coram nobis exibitis, presentatis [14] et demostratis, ut de tenore et continentia ipsorum clarius vidimus contineri et nobis plene constat.

Que quidem privilegia predicta fuerunt exemplata in licteratura latina in terra Randatii, de mandato et provisione judicis Curie Domini [15] Capitanei terre Randatii, et judicis terre Sancti Marci, ac rurium dicte terre, ubi sithatum fuit et est Monasterium predictum, per honestum presbiterum [16] Blasium de Blasio de terra Nasii, ydoneum, scientem et sufficientem, ac aprobatissimum in scientia greca, cum juramento per eum prestito suis sacris ordinibus, tactis scripturis, predicta privilegia in dicta lingua et scriptura greca consistentia, declarari et devulgari in licteratura et scriptura latina, pro ut hec et alia contineri videntur in quadam cedula reddapta ad ipsius domini Abbatis petitionem, in actis dicte Curie presen-

tata, V.° Madii, IIII.ª inditionis, coram dicto judice, et verificata manu ipsius. Qua de [17] re idem exponens, pretendit ad comodum et utilitatem Monasterii antedicti adcedere personaliter ad Curiam Romanam, et ad Sacram Regiam Magestatem extra Regnum Sicilie, et alibi ubi necesse fuerit, et in eis tractare de [18] comodis, negotiis et factis, ac utilitatibus Monasterii preantefati, [19] pro obtinendo [20] a dicta Romana Curia et Sacra Regia Magestate et aliis Curiis, siquas licteras confirmatorias et confirmantes[21] gratias, preminentias, prerogativas, jura et immunitates dicti Monasterii, vigore preantedictorum[22] privilegiorum; ac sibi confirmare facere ab eisdem[23] privilegia antedicta; vel quando ipse personaliter interesse non possit, hoc [24] fieri per aliquam personam in nomine sui, [25] in causa dicti Monasterii.

Que quidem privilegia dubitans ne forte, aliquo casu superveniente, amitterentur, vel forsan [26] in partibus illis non invenerentur persone scientes et sufficientes in eadem lingua greca, ut privilegia predicta declarare et pervulgare [27] possint in declaratione latina, et propterea ipsa privilegia in lingua latina declarata fuerunt modo et forma ut supra; et [28] propterea nos autem attente rogavit, nostrum qui supra judicis et notarii super hoc officium implorando, ut preantedicta [29] exempla dictorum privilegiorum, vel exemplata ab eisdem privilegiis, sibi et ad comodum[30] sui puplicari, et in forma puplica reddigi, et transcribi fideliter faceremus, ut nostra in eis judiciali auctoritate interposita, presens subtum puplicum eandem vim, illudque robur habeat et optineat in judiciis et extra, quam et quod habere dignoscitur originalis ipsorum.

Nos autem ipsius exponentis justis precibus annuentes [31] utpote justis et consonis rationi; quia justa petentibus non est denegandus assensus ex [32] justa et legitima causa ac rationabili, per nos cognita et discussa, ut constat nobis ex exibitis et presentatis exemplis et scripturis, ac declarationibus predictis in littera [35] latina declaratis et patefactis; declarationes ipsas vidimus et exempla superius postulatas, [34] quas legimus et [33] inspeximus diligenter; et attendentes ipsas non abolitas, non vitiatas, non abrasas, nec cancellatas in aliqua parte ipsarum, sed in sui propria figura et forma consistere, omni prorsus vitio et suspicione carere; ipsas de verbo ad verbum, nil per nos addito, vel mutato ac diminuto, quod mutet sensum, vel vitiet [36] intellectum, nostra in ea judiciali interposita auctoritate, in presens subtum pluplicum exemplari fideliter fecimus per manus mei predicti notarii Iohannis: tenor quorum privilegiorum seu exemplorum ut supra per omnia de uno ipsorum talis est.

a) 1187. Aprile. Ind. V.*

Guglielmo concede a Pancrazio, Abate di S. Filippo di Demina le terre del Casale Malinventri nel territorio di Centorbi, donate prima allo stesso Monastero dal Monaco Callisto.

Gullelmo in Christo Deo, Serenissimo Re. La Signuria nostra sempri esti ad operra inexcusabli di arreservari et fermari [37] inremutavilimenti [38] di li gloriusi nostri generanti a li divini Templi, et a li Venerabili Monasterii, secundu apparteni di offeriri. Volendu continui [39] attentamenti stendiri quistu in bonu esseri, et zilliynnu [40] ali [41] duni [42] etiam ajungiri duni, viyu [43] attì Abbati Pancrati di lu Venerabili Monasteriu di Sanctu Philippu di Demina, vinendu ipsu reverentimenti et dumesticamenti, [44] et petiu [45] per remissioni di li nostri peccati, et di li nostri gloriusi antecessuri, li terri li quali suni [46] a lu tenimentu di Chintorbu, in lu Casali dictu Malinbrenti, li quali appi et cessi viventi [47] unu monacu Calisto: di havirili ad ipsu pri vita abundavili [48] di li monachi, et per la Signuria mia pachifica fui motu a lu natulari amuri paternu a la tua [49] petitioni, conchessimu ad ipsu fermamenti et inrevutavilimenti alu to [50] Monasteriu di Sanctu Philippu omni cosa, et tanti quanti suni, [51] li quali cessi [52] in la vita sua lu supradittu monachu Calistu; [53] tali esti li ordinamenti [54] sicundu obtinni lu supradittu monachu: [55] incumenzandu di lu termini di la via, di la quali si parti di Castro Iohanni fina a li terri di lu Vitranu Nichiforu, et dilla sicundu [56] munta lu valluni di Cumba, [57] fina a li terri di Ripertuni, undi esti ta petra [58] pirchata, et di illa si partinu [59] li terrii di Leu di Stificay, [60] et di itza xindi lu pichulu valluni fina a lu grandi valluni, lu quali si dichi lu valluni di lu lupu, et di quistu valluni di arricapu xindi fina a la via, fu [61] lu principiu di lu incomenzamentu, et concludit. Di hora inanti havirili ad ipsu Monasteriu franhi et libri, sentza di omni nostra sugcationi [62] et hi non fussi alcunu hi contravenissi, [63] oy hi inttantassi [64] di li Baglii, oy hi recusassi [65] di la nostra Curti; et etiam hi non fussi nullu di li nostri Conti, oy Baruni, oy alcunatra persuna hi prindissi [66] potestati di nui supra di [67] tali regimentu. [68] Et si [69]

* Il suo dettato è in vernacolo siciliano.

alcunu apparissi hi portassi alcuna turbationi, oy intantationi [70] ali Monachi supra di chista nostra dota. et hi [71] vulissi livari da loru alcuna cosa, quisti tali sianu nulli, et non pocu ipsu stissu si [72] attirrirrà [73] la nostra ira. Pir tzò pri firmiza, [74] lu presenti sigillu scriptu, [75] sigillatu cum lu nostru comuni sigillu, et datu attì [76] Venerabili Abbati di ipsu Monasteru misser Pancrati, et ad omni successuri appressu di ti, [77] ali sey milia et sey chentu novanta chinqui anni [78] passati di lu criamentu di lu mundu, di lu misi di Aprili, quinte inditionis.

Segue la traduzione del Serio:

W. In Christo Deo Serenissimus Rex.

Leonzio Delamissina, Abate di S. Elia De Ambula, fa pubblico per ministero di Notaro un diploma tradotto dal greco in latino.

In nomine Domini amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo quatricentesimo octuagesimo octavo, mense Septembris, ultimo die eiusdem, septime inditionis.

Regnante Serenissimo Domino nostro, Domino Rege Ferdinando, Dey gratia Excellentissimo Rege Castelle, Aragonum. Sicilie, Valentie, Majoricarum, Sardinie et Corsice; Comite Barchinone, Duce, Athenarum et Neopatrie, ac etiam Comite Rossilionis et Ceritanie: regni vero eius Sicilie sui regiminis anno undecimo, feliciter amen.

Nos infrascripti Vicarius et Assessor Curie Archiepiscopalis nobilis civitatis Messane, Bartholomeus de Guidone de Messana, sacra apostolica auctoritate ubique locorum Notarius publicus et Iudex ordinarius, ac regius publicus per totam Vallem Demmene Notarius, et testes subscripti, ad hoc vocati specialiter et rogati. Per presens sumptum publicum universis et singulis ipsum inspecturis notum facimus et testamur, quod Reverendus Frater Leontius Delamissina, Abbas Sancti Elye De Ambula, Vicarii et procuratoris, [1] Reverendissimi Domini Vicecancellari Comendatarii dicti Monasterii, in nostri presentia personaliter constitutus cum quodam privilegio

* La pergamena è alta cm. 65, larga cm. 45: mancante e sbiadita in varii punti, presenta una scrittura minuscola corsiva gotica di buona forma. Il diploma transuntato contiene tre privilegi, i quali sono gli stessi già pubblicati nel diploma segnato col n. XXX. alle lettere *d, e, f.* Vi si notano poche varianti, ma sembra più esatta la versione del Blasio, che quella qui eseguita da Costantino Lascaris. quantunque assai riputato grecista dei suoi tempi, e data quarantasette anni dopo quell'altra.

quondam dive memorie Comitis Rogerii, bulla aurea pendente olim sigillato, ut in ipso privilegio cavetur; quod privilegium apparet per aliquod signum fuisse sigillatum ut supra, et propter vetustatem ipsius privilegi dictam bullam seu sigillum fuisse deperditum, stilo greco confecto, in carta membrana scripto, non vitiato, non cancellato, nec in aliqua parte sui suspecto, sed omni prorsus vitio et suspitione carente; quod nobis porrexit et presentavit et demonstravit, petens ipsum de greco in licteratura latina trasmutari.

Quo privilegio nobis presentato, nos nostrumque officium implorans, petiit, quod de verbo ad verbum in latinam licteraturam per manum publicam transferri, et in publicam formam reddigi faceremus; volens ipsum originale privilegium se nomine quo supra conservari, et presens ex eo transumptum habere vim quam habere dignoscitur, nostra judiciali auctoritate interposita, originale predictum, facere ostendi in judiciis et extra iudicia quotienscumque ad cautelam fuerit oportunum, et ad fidem apud omnes inposterum faciendam. Cujus preces utpote justas et rationi consonas admisimus, et predictum privilegium inspeximus existens in sua figura ut prima facie apparebat; ut ex eodem privilegio, presens transumptum extrahere possimus, fuit opus ipsum per fidum interpetrem nobis legi, propter quod fuit de necesse ad hoc habere aliquem fidum [2] interpetrem intelligentem, ad nobis declarandum privilegium ipsum. Quamobrem, facta perquisitione, invenimus nobilem Magistrum Constantinum de Lascaris de civitate Constantinopolitana, incolam. Messanensem, [3] pluribus annis Magistrum grecorum cunctis de civitate Messane et Monasteriis [4] Grecis notum, expertum, ymmo expertissimum in utraque licteratura greca et latina, ac scientem et intelligentem et explicare valentem gramaticam grecam, et grecam licteraturam, vulgariter [5] in sermone latino et in licteratura latina; et confidentes de fide, legalitate et scientia, ac peritia eiusdem Magistri Constantini, prestito [6] prius [7] per eum debito et corporali juramento ad Sancta Dei quatuor Evangelia, tactis corporaliter scripturis, de translatando ipsum, de greco in latinum et legaliter ut jacet.

Nos vero Vicarius et Assessor prefatus, predictum grecum privilegium in latinam formam in presenti publico instrumento jussimus transcribi et transferri per dictum Magistrum Constantinum, nihil in eo addendo vel minuendo, per me notarium predictum et infrascriptum, et sic de verbo ad verbum seriatim lecto privilegio greco, ex eo ad interpetrationem predictam instrumentum ipsum ut infra legitur, est translatum, ad hoc interposita no-

stra judiciali auctoritate, in presenti pagina transcribi fecimus per me notarium predictum et infrascriptum de verbo ad verbum, nihil in eo addito, diminuto, vel mutato, quod mutet sensum, vel intellectum variet. Cujus privilegii tenor per omnia talis est.

a) 1090. Giugno 1. Ind. XIII.

Il Conte Ruggiero concede a Gregorio, Abate di S. Filippo di Demina in Melitiro, intera esenzione e franchigia pei beni del suo Monastero, da ogni secolare e chiesastica autorità.

Sigillum factum a me Rogerio, Comite Sicilie et Calabrie, datum ad te Abbatem Gregorium, et ad tuos Monachos habitantes nunc et in futurum habitaturos Monasterium Sancti et Gloriosi et Miraculosi Apostoli Philippi, situm in [8] territorio Demeno, in loco nominato Melitiro, primo die mensis Junii, indictioue XIII, anno sexmillesimo quingentesimo nonagesimo octavo. Magna res et preciosa est, vir religiosus ac pius, omnique virtute ornatus, animamque habens perpulchram et ornatam. Quare pro eiusmodi bonis et plurimis virtutibus, Ego Comes Rugerius inveni te prenominatum Abbatem Gregorium, Deo placentem et ab hominibus laudatum, cui feci presens sigillum, et Monachis habitantibus ad presens et habitaturis predictum Monasterium; ad cautelam majorem et perpetuam memoriam, ut Monasterium sit intactum et illesum ab omnibus officialibus meis, et etiam a meis heredibus et successoribus, omnibusque aliis qui post meum obitum gubernaturi erunt, ut nullus habeat potestatem molestare predictum Monasterium aut perturbare omnia que possidet, homines dico, campos, vineas, montes glaudium, possessiones aquarum, mobilia atque immobilia; que omnia cupio esse intacta absque ulla perturbatione et molestia usque ad consumationem Mundi; ut nullus habeat potestatem habendi vel possidendi aliquid horum, nisi tu predictus Abbas et tui successores, et Monachi qui vitam degent in dicto Monasterio: quos cupio orare pro me humili ac [9] peccatore, ut Dominus Deus det michi veniam ac remissionem omnium meorum peccatorum, et etiam ut pro meis heredibus et successoribus et futuris Principibus et habitatoribus hujus Insule.

Siquis vero apparuerit auferre aliquid a predicto Sancto Monasterio et donare alteri, habeat anathema a Patre et Filio et Spiritu Sancto, et tricentis et octo decem Sanctis Patribus, et a me

non parvam indignationem. Et ad majorem cautelam et tutelam omnium inspecturorum,[10] feci fieri presens Sigillum, quod bulla aurea sigillavi et donavi tibi Abbati Gregorio, et tuis successoribus et Monachis Monasterii; mense, inditione et anno ut supra.

Scriptum est hoc privilegium auree bulle coram Ioffredo filio Comitis, et Iordano fratre eius, et Roberto Burello, et Guglielmo Siniscalco, et Sthefano Medico, et Sthefano Cappellano[11] et Basilio filio Tricharii Domino Demenon, et Nicolao Prothonotario, et Camberlingo, et Prothospatario, et Notario Ursino, et Nicolao filio Prothospatarii, et Garzipha et aliis plurimis.

b) 1090. Ind. XI.

Il Conte Ruggiero concede alla Chiesa di S. Filippo di Demina ed ai Monaci del detto Monastero franchezza dai dazii e dalle angarie e da ogni altra prestazione.

Ego Rogerius, Dei gratia, Sicilie et Calabrie Comes, pro remedio anime mee et filiorum meorum, nec non et fratris Roberti de . . . . . . et omnium parentum meorum, concedo Ego[12] liberam a data et ab omni angaria Ecclesiam Sancti Philippi, que est in Valle Demine, et Monacis qui ibi servient. Insuperque ab omni servitute Dominorum terrenorum; et quicumque ab hac libertate eam eiecerit, sit excomunicatus a Deo Omnipotente Patre et Filio et Spiritu Sancto, et ab omnibus Sanctis, nec non et homines prefate Ecclesie ubicumque habitant simile libertate gaudere volumus, nisi in servitudine[13] Ecclesie indeficienter obedire.

Hujus rey sunt testes: Goffridus, filius Comitis Rogerii; Goffridus Straticotus; Paganus de Gorgiis;[14] Willelmus de Surdavalle; Hugo de Puteolo; Goffridus Senescalcus. Anno ab Incarnatione Domini nostri Ihesu Christi millesimo nonagesimo, inditione XI. Presentatum Mazarie apud acta Magne Regie Curie XXII. Ianuarii, prime inditionis.

c) 1117. Maggio. Ind. VII.

Il Conte Ruggiero II. conferma quanto fu sopra concesso al Monastero di S. Filippo.

Rogerius, Comes Calabrie et Sicilie et Adiutor Cristianorum. Omnia prescripta et concessa a bona memoria patre meo Sancto Monasterio, affirmo et volo, ut sint Monasterii usque ad finem seculorum; habere, dominari, possidere, ut superius dictum est. Et ad maiorem cautelam et confirmationem feci scribi has literas, septimo mensis Mayi, anno sexmillesimo, sexcentesimo, vicesimo quinto. Iesus † Christus vincit. Rogerius Generosissimus Comes Calabrie et Sicilie, et Vendicator Christianorum et servorum Ihesu Christi. Scriptum est per manus Gregorii peccatoris.

Presentatum in judicio vicesimo quarto Septembris, quinte inditionis apud Nicosiam.

Unde ad futuram memoriam, et quod de predictis omnibus apud omnes et singulos plena fides habeatur, [15] et prefati Reverendi Abbatis, nomine quo supra, et Monasterii predicti cautelam, factum est inde presens publicum instrumentum ex dicto originali privilegio transumptum, seu transcriptum per dictum interpretrem, et exemplatum per me notarium predictum et infrascriptum, ut constitit, nostris subscriptionibus roboratum.

Actum Messane, anno, mense, die et inditione premissis.

Corripitur antea superius in quinta linea ubi legitur quod reverendus frater Leontius — usque ad illud verbum = vicarii — Idcirco pro autentico habeatur. Actum ut supra.

Nos Ranerius de Castello Episcopus Veriensis, Vicarius Illustris et Reverendissimi Domini, Domini Don Petri de Luna Archiepiscopi Messanensis, premissa testamur, et presens privilegium de provisione nostra fuisse translatnm per supradictum Magistrum Constantinum.

† Ego Bernardus de Corvaya Iuris utriusque Doctor et Assessor, premissa testor.

† Ego Constantinus Lascaris graecus, ex provisione supradictae Curiae Archiepiscopalis, fideliter transtuli presens privilegium et afirmo et testor.

† Ego Notarius Iohannes Gripparus [16] de Messana testor.
† Ego Notarius Antonius de Caro de Messana testor.
† Ego Notarius Iohannes de Friderico [17] de Messana testor.
† Ego Bartholomeus de Guidone de Messana, sacra apostolica auctoritate, ubique locorum Notarius publicus et Iudex ordinarius, ac regius publicus per totam Vallem Demmene Notarius, premissis omnibus rogatus interfui, eaque scripsi et publicavi, meque subscripsi, meoque solito et consueto signo signavi et testor.
Bartholomeus de Guidone.

Registratum.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1488. — N. 49.

Transumptum privilegii Sancti Philippi de Fargala.

Item. — Transumptum cujusdam privilegii concessi Gregorio Abbati Monasterii Sancti Philippi de Fargala, continens, ut nullus audeat molestiam inferre in Monasterium vel tenimentum ipsius.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato in questo Archivio di Stato.

[1] Vicarius et procurator. — [2] Fide dignum. — [3] In nostram messanam. — [4] Materiis. — [5] Vulgatum. — [6] *Manca.* — [7] Presens. — [8] *Manca.* — [9] *Manca.* — [10] *Manca.* — [11] *Manca.* — [12] Declaro esse. — [13] Insuper. — [14] Georgiis. — [15] Habeant. — [16] Capparus. — [17] Furno.

XXXV.*

Roma. 1491. Luglio 21. Ind. IX.

Giovanni, Vescovo di Girgenti, diffonde fra tutte le autorità ecclesiastiche una Bolla di Papa Innocenzo VIII, con cui, sull'istanza dei Rettori dell'Ospedale Nuovo di Palermo, è minacciata la scomunica contro i detentori dei beni mobili e stabili appartenenti all'Abazia di S. Filippo di Fragalà e Santa Maria di Maniaci, amministrate per conto del medesimo Ospedale, e ne inculca la esecuzione.

Iohannes, Dei et Apostolice Sedis gratia, Episcopus Agrigentinus, Iudex et Executor unicus ad infrascripta a Santissimo Domino nostro Papa specialiter deputatus. Universis et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Succantoribus, Sacristis, Thesaurariis, Custodibus, tam Cathedralium, quam Collegiatarum, Canonicis Parrochialium quam Ecclesiarum, Rectoribus sive locatenentibus eorumdem, aut Monasteriorum quorumcumque Ministris Generalibus, Provincialibus, Vicariis, Prioribus, Guardianis, Preceptoribus, ipsarumque domorum fratribus, et Conventibus quorumcumque ordinum, exemptis et non exemptis, Plebanis, Viceplebanis, Archipresbiteris, Cappellanis perpetuis, Curatis et non Curatis, ceterisque viris Ecclesiasticis; Clericis, Notariis et Tabellionibus publicis quibuscumque, pro Civitate et Diocesi Panormitana, ac aliis ubilibet constitutis et eorum cui-

* La pergamena è alta cm. 45, larga cm. 25 ½. con un ripiego alto cm. 4. La scrittura è corsiva gotica di forma piccolissima, ma nitida. Il diploma contiene la lettera di Papa Innocenzo VIII, datata da Roma, presso S. Pietro, il 15 Luglio 1491. Attaccati alla pergamena sono dei fili che sostengono la capsula di legno dove si vedono tracce del suggello di cera rossa del Vescovo di Girgenti.

libet in solidum, salutem in Domino, et nostris hujusmodi ymo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis.

Literas Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Innocentii, Divina Providentia, Pape octavi, eius vera bulla plumbea cum cordula canapis, more Romane Curie, impendente bullatas, sanas et integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspectione carentes, ut in eis prima facie apparebat, nobis pro parte Venerabilium et Circumspectorum Virorum Dominorum Hospitalarii, Rectorum et Administratorum Novi Hospitalis Sancti Spiritus Panormitani Principalium, in eisdem Literis Apostolicis principaliter nominatorum, coram notario publico et testibus infrascriptis perventas, Nos, cum ea qua decuit reverentia, noveritis recepisse huiusmodi sub tenore.

Innocentius, Episcopus, servus servorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo Agrigentino, salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt Nobis dilecti filii Hospitalarius, Rectores et Administratores Novi Hospitalis Sancti Spiritus Panormitani, vite deputati, quod nonnulli iniquitatis filii quos prorsus ignorant; primitias, decimas, emolumenta, oblationes, obventiones, jura, jurisdictiones, calices, cruces, libros et alia ornamenta ecclesiastica; census, fructus, redditus, terras, vineas, possessiones, ortos, campos, prata, pascua, nemora, silvas, arbores, [1] arborum fructus, vini, bladi, [2] frumenti, ordei, olei, lini, lane, leguminum, auri, argenti monetati, et non monetati quantitates; literas publicas et privatas, instrumenta publica, cedulas, recognitiones, testamenta, codicillos, prothocolla, libros computorum, vestes, mantellos, perlas, lapides, pretiosos anulos,[3] casseas, vasa aurea, argentea, cuprea, ferrea, stamnea, lignea, domorum utensilia, linteamina, pannos laneos, [4] lineos, sericeos; [5] debita, credita, legata, pecuniarum summas, equos, boves, vaccas, oves et alia animalia, ac nonnulla alia mobilia et immobilia bona; ad ipsum Hospitale tam ratione Monasteriorum Sancte Marie de Maniachi, Sancti Benedicti Montisregalis, et Sancti Philippi Fragala Sancti Basilii Messanensis Diocesis ordinum, prefato Hospitali, auctoritate Apostolica, ut asserunt, unitorum seu annexorum, quam alias legitime spectantia; temere et malitiose occultare, et occulte detinere presumunt; non curantes ea prefatis Hospitalario, Rectoribus et Administratoribus exhibere in animarum suarum periculum, dictique Hospitalis et pauperum non modicum detrimentum: super quo quidem [6] Hospitalarius, Rectores et Administratores dicte Sedis, remedium implorarunt. Quocirca fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus omnes hujusmodi occultos de-

tentores primitiarum et aliorum bonorum predictorum, ex parte nostra publice in Ecclesiis coram populo per te, vel alium seu alios moneas, ut infra competentem terminum, quem eis prefixeris, ea prefatis Hospitalario, Rectoribus et Administratoribus a se debita restituant, et revelent, ac de ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant; et si id non adimpleverint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc perentorie duxeris prefigendum, ex tunc in eos generalem excomunicationis sententiam proferas, et eam facias ubi et quando expedire videris, usque ad satisfactionem congruam, [7] solemniter publicari.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quatringentesimo nonagesimo primo, idus Iulii, Pontificatus nostri, anno septimo.

Post quarumquidem literarum Apostolicarum presentationem et receptionem, Nobis et per Nos, ut premittitur, factas, fuimus pro parte dictorum Dominorum, Hospitalarii, Rectorum et Administratorum Novi Hospitalis Sancti Spiritus Panormitani Principalium, debita cum histantia requisiti, ut ad executionem dictarum literarum Apostolicarum et contentorum in eisdem, procedere curaremus juxta traditam seu directam per eas a Sede prefata nobis formam. Nos igitur Iohannes, Episcopus, Iudex et Commmissarius prefatus, volentes mandatum Apostolicum supradictum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, actentaque literarum Apostolicarum predictarum forma, auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, et qua fungimur, vos omnes et singulos supradictos, quibus presens inde processus dirigitur, et vestrum quemlibet, in solidum tenore presentium requirimus et monemus, primo, secundo, tertio et peremptorie, communiter et divisim, vobis et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie, et sub excomunicationis pena, quam canonica monitione premissa in vos omnes et singulos supradictos, si ea que vobis in hac parte committimus et mandamus neglixeritis, seu distuleritis et contraveneritis adimplere, firmius in hiis scriptis districte precipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, post presentationem seu notificationem presentium, ac requisitionem vobis aut alteri vestrum pro parte ipsorum Dominorum Hospitalarii, Rectorum et Administratorum super hoc factam, immediate sequens; ita tamen quod in hiis exequendis alter vestrum alterum non expectet, nec unus pro alio se excuset. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies vobis universis et singulis supradictis pro tertio et peremptorio termino, ut monitione canonica assignamus;

omnes et singulos detentores et usurpatores censuum, reddituum et aliorum bonorum quorumcumque supranarratorum, ad dictum Hospitale quovis modo spectantium et pertinentium, auctoritate nostra, ymo verius Apostolica prefata, palam et publice in ecclesiis et locis de quibus fueritis pro parte dicti Hospitalis requisiti convenire, quotiens expediens fuerit, requiratis et moneatis, quos nos etiam tenore presentium requirimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorie, communiter et divisim, eisque nihilominus et eorum cuilibet in solidum, eisdem auctoritate et tenore in virtute sancte obedientie, et sub penis infrascriptis, districte precipiendo mandamus, quatenus infra quindecim dierum spatium, post requisitionem, seu notificationem hujusmodi sic factam, et postquam premissa ad eorum notitiam devenerint, immediate sequens; quorum quindecim dierum, quinque pro primo, quinque pro secundo et reliquos quinque dies, eis et eorum cuilibet, pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, omnia et singula res et bona, vel aliqua ex eis in dictis literis Apostolicis contenta et designata habentes, et prefato Hospitali debita restituant, et occulta scientes revelent, ac de ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant. Quod si forte infra hujusmodi quindecim dies omnia, et singula, prout per nos mandatur, non adimpleverint ac distulerent, contravenerint adimplere, mandatisque et monitionibus nostris hujusmodi, ymo verius Apostolicis, non paruerint realiter et cum effectu, in ipsos et eorum quemlibet excomunicationis sententiam feratis; quam nos etiam lapsis hujusmodi quindecim diebus firmius in hiis scriptis, ipsosque eorum quemlibet palam et publice, in Ecclesiis, Monasteriis, Capellis et locis ecclesiasticis vestris predictis, excomunicatos publicetis et denuncietis, ac publicari et denunciari faciatis, prout etiam ex nunc, prout ex tunc, et e converso, quindecim dierum canonica monitione premissa excomunicatos denunciamus, donec et quousque de premissis ad satisfactionem condignam devenerint, et vestri sanctam absolutionem super iis meruerint obtinere. Absolutionem vero omnium et singolorum, qui prefatam nostram excomunicationis sententiam incurrerint, sive incurrerint quoquo modo, nobis vel superiori vestro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes literas, sive presens publicum instrumentum, hujusmodi nostrum processum in se continens, sive continentes, exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum subscribi et pubblicari mandavimus, nostrique sigilli jussimus et fecimus appensione communiri.

Datum et actum Rome in domo habitationis nostre, sub anno a nativitate Domini millesimo, quatringentesimo, nonagesimo primo, indictione nona, die vero Iovis, vicesima prima mensis Iulii, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Innocentii Pape octavi prefati anno septimo.

Presentibus ibidem honorabilibus viris Dominis Montiserrato Gavalda et Dalmatio de Castre, clericis Barchinonensis et Cesaraugustane Diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Ego Iohannes Troteti, clericus Bisantini Diocesis, publicus Apostolica et Imperiali auctoritatibus notarius, quia premissis omnibus et singulis cum sic, ut premittitur, per Reverendum Patrem Dominum Iohannem, Episcopum Agrigentinum, Iudicem et Executorem, et coram eo ageretur, diceretur et fieret una cum prenominatis testibus, presens fui, ea que omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ac in notam sumpsi, ex qua hoc presens publicum instrumentum, manu propria fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis, una cum dicti Domini etiam Iudicis et Executoris sigilli appentione signavi, in fidem et testimonium omnium premissorum, requisitus et rogatus.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1491. — N. 50.

Bulla Innocentii Pape octavi ad Agrigentinum Episcopum, ut excomunicet detentores bonorum Monasterii Sancti Philippi de Fragalà et Sancte Marie Maniacis.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

1 Arborum. — 2 Blandi. — 3 *Manca.* — 4 Laneos lineos. — 5 Sericos. — 6 Iidem. — 7 Condignam.

XXXVI. *

Palermo 1491. Agosto 22. Ind. IX.

Lettera di re Ferdinando a tutti gli ufficiali del Regno, sì spirituali che temporali, con la quale lor si comunica, per la debita esecuzione, la Bolla d'Innocenzo VIII. degli 8 Luglio 1490, presentata dai Rettori dell' Ospedale Grande di Palermo e riguardante l'aggregazione al detto Ospedale dei Monasteri di S. Filippo di Fragalà e di Santa Maria di Maniaci, per l'innanzi tenuti in commenda da Roderico, Vescovo di Porto e Vicecancelliere di Santa Chiesa.

Pro Hospitale felicis urbis Panormi.

Ferdinandus etc.

Vicerex etc. Universis et singulis Reverendissimis ac Reverendis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus et aliis eiusdem regni officialibus, spiritualibus et temporalibus quovis titulo et dignitate fungentibus, presentibus et futuris, ad quos seu quem spectet et presentes pervenerint seu fuerint quomodolibet presentate, oratoribus, consiliariis etc., regiis dilectis, salutem.

* Questo Diploma non fa parte del Tabulario che pubblichiamo, ma è estratto dal Registro della R. Cancelleria dell'anno 1490-91. segnato di N. P. 178, a pagina 268 *retro*. Abbiamo creduto far cosa utile renderlo di pubblica ragione, in quanto che contiene l'esecutoria della Bolla d'Innocenzo VIII. circa l'unione dell'Abazia di S. Filippo di Fragalà all'Ospedale Grnnde: diploma che dovette far parte, per la sua importanza, del suddetto Tabulario, e del quale si deplora la perdita.

Seguiremo questo sistema per altri documenti importanti che ci verrà dato di poter rintracciare.

Pro parte magnificorum Rectorum Magni Hospitalis felicis urbis Panormi fuit nobis exhibita et reverenter presentata apostolica Bulla, omni qua decet solemnitate munita, sigilloque plumbeo pendente roborata, tenoris sequentis:

Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, regimini Universalis Eclesie, disponente Domino, presidentes, Hospitalium et aliorum piorum locorum quorumdam, in quibus hospitalitatis et alia pia caritatis opera continue exercentur, ac pauperes et alie miserabiles persone ad illa declinantes recipiuntur et benigne tractantur, statum salubriter dirigendo, prout ex debito nobis iniunti pastoralis tenemur officii, solite consideracionis intuitum extendimus et ad ea per que hospitalium et locorum eorumdem necessitatibus subvenire, ut debita hospitalitas observari possit, libenter adhibemus solicitudinis nostre partes Sancte Marie Maniacis et Sancti Philippi de Fragala Monasterii Sancti Benedicti ac Sancti Basilii ordinum, Montis Regalis ac Messane Dioecesis, que nuper Venerabilis Frater noster Rodoricus, Episcopus Portuensis, Sancte Romane Ecclesie Viceecancellarius, ex concessione et dispensacione Apostolica in commendam obtinebat, commendam huiusmodi ex eo quia idem Episcopus hodie illi in manibus nostris sponte et libere cessit, Nosque cessionem ipsam duximus admictendam, cessante adhuc eo quod dum eodem Episcopo comendata fuerint, vacabant, modo vacantibus, Nos vero ultime dictorum Monasteriorum vacationis modo, etiam si ex illo quovis generalis reservatio etiamsi in corpore Iuris clausa resultet, presentibus pro expresso habentibus, et volentes Hospitali Novo pauperum Sancti Spiritus Panhormitano, in quo, ut accepimus, maxima hospitalitas continuo observatur, ut in illo melius in diem observari et alia pia caritatis opera inibi exercere valeant de alicuius subventionis auxilio providere, illiusque necessitatibus, que magne sunt, subvenire; post deliberacionem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligenter Monasteria predicta cum omnibus juribus et pertinentiis suis, eidem Hospitali auctoritate apostolica, tenore presentium, de Fratruum predictorum consilio perpetuo unimus, commendamus et incorporamus, ita quod liceat dilectis filiis Hospitalario ac Rectoribus et Gubernatoribus dicti Hospitalis, nunc et pro tempore existentibus, per se vel alios, corporalem Monasteriorum juriumque et pertinentiarum prefatarum et bonorum illorum possessionem propria auctoritate libere aprehendere; ac perpetuo retinere illorumque fructus, redditus et proventus in Monasteriorum et Hospitalis predictorum usus, utilitatemque

convertere, Diocesanorum, locorum et cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac statutis et Consuetudinibus Monasteriorum et ordinum predictorum juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alias roboratis et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et literis Apostolicis, generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quam, presentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus earum impedire valeat quomodolibet vel differri, et de quibuscumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem et ac *(sic)* prefata auctoritate decernimus, quod pro divini cultus in dictis Monasteriis augmento et conservatione Hospitalis, Rectores et Gubernatores predicti in quolibet Monasteriorum predictorum ad minus quatuor Monachos ordinum eorumdem bene et honeste ac exemplaris vite, qui per Priorem annualem per Monachos ipsos eligendum et amovendum seu de novo ad eorumdem nutum confirmandum, ac justa, laudabilia instituta et ordinationes ordinum predictorum regantur et gubernentur, continuo habere et tenere ac ipsis de victu et vestitu, et aliis necessariis decenter et honeste providere, prout etiam prefati Hospitalarius, Rectores et Gubernatores ad id sese sponte obtulerunt et obligarunt omnino teneantur. Ac propter unionem, annexionem et incorporationem predictas, dicta Monasteria alias in spiritualibus non ledantur et in temporalibus detrimenta non substineant, sed alia eorum congrue supportentur onera consueta; alioquin unio, annexio et incorporatio predicte dissolute sint, dictaque Monasteria in pristinum statum revertantur, et per dissolutionem huiusmodi vacare censeantur eo ipso nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre unionis et incorporationis voluntatis et consuetudinis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit in indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominice, millesimo quatringentesimo nonagesimo, octavo idus Iulii, Pontificatus nostri anno septimo. P. Iuba.

Et supplicato nobis ex parte dictorum magnificorum Rectorum Magni Hospitalis dicte felicis Urbis, ut Bullam ipsam Apostolicam preinsertam omniaque et singula in ea contenta nostris executoriis literis exequi et observare mandare benigniter dignaremur, Nos vero, volentes apostolicis inherere rescriptis, vos spirituales requirimus et actente hortamur, vobis vero temporalibus dicimus et

mandamus expresse, quatenus bullam apostolicam predictam ac omnia et singula in ea contenta dictis Rectoribus exequi et observari facere debeatis ac exequi et observari per quos deceat faciatis, iuxta eius continentiam et tenorem cauti, a secus agere, quanto gratia regia vobis cara est.

Datum Panormi, XXII. Augusti, VIIII. ind. 1491. — Fernando. Vidit Thesaurarius.

Dominus Vicerex mandavit mihi Antonio Sollima, Locumtenenti et Magistro Notario in officio Prothonotarii.

Et vidit eam Thesaurarius.

XXXVII. *

Palermo 1494. Dicembre 19. Ind. XIII.

L'Ospedale Nuovo e Grande concede a temporanea enfiteusi la Grangia con l'annesso feudo di S. Maria di Gudia, appartenente all'Abadia di S. Filippo di Fragalà, a Filagato, Priore della stessa, con obbligo di corrispondere la decima di tutto il prodotto ed onze tre nel mese di agosto di ogni anno.

Ihesus.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Anno a Nativitate eiusdem, millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, mense Decembris, die vero decimonono mensis eiusdem, anni presentis tertie decime inditionis.

Regnante Serenissimo, Illustrissimo et Excellentissimo Domino nostro, Domino Rege Ferdinando, Inclito Rege Castelle, Aragonum, Sicilie, Granate, Toledi, Valentie, Portigalie, Galitie, Hispalis, Majoricarum, Sardinie, Cordube, Corsice, Murssice, Iaennis, Algarbe, Algecire, Gibialtaris, Comiteque Barchinone, Domino Viscaye et Moline, Duce Athenarum et Neopatrie, Comiteque Rossilionis et Ceritanie, Marchione Oristannj et Comite Goctiani, feliciter amen.

Nos Franciscus de Saladino, Iudex felicis urbis Panormi, Matheus de Vermigla eiusdem urbis civis, regia auctoritate a flumine

---

* La pergamena è alta cm. 67, larga cm. 50, di scrittura corsiva con molti nessi ed abbreviature.

L'enfiteusi temporanea o perpetua è tra gli atti più antichi, onde veniva alienata la proprietà in Sicilia con lo scopo del suo miglioramento. Però quella temporanea sembra che sia stata adoperata a preferenza dell'altra; essa toglie di frequente il nome di donazione, come pure può vedersi nel diploma segnato col N. XXVI.

Salzo citra, ac archiepiscopali auctoritate per totam Diocesim Panormitanam Iudex Ordinarius atque Notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati. Presenti scripto publico notum facimus et testamur, quod cum Venerabile Hospitale Novum et Magnum felicis urbis Panormi habuisset, tenuisset et possidisset, ac de presenti habeat, teneat et possideat, tamquam bonum proprium et rem propriam suam, quandam Granchiam sub vocabulo Sancta Maria di Gudia Venerabilis Monasterii Sancti Philippi de Fargara eiusdem Hospitalis cum eius pheudo, sitam et positam in territorio dicti Monasterii Sancti Philippi de Fargara, secus pheudum et territorium Venerabilis Monasterii Sancte Marie de Maniachi, etiam dicti Hospitalis, ex una parte, et secus flumen di Bolu parte ex altera, et secus alios confines siqui sunt; olim posessam[1] cum dicto pheudo a dicto Hospitali, per Venerabilem Fratrem Paulum de Gazardo de terra Trayne dicti Ordinis Sancti Basilii, Prioris ad presens dicti Venerabilis Monasterii Sancti Philippi de Fargara, dicti Hospitalis ut supra, et ad presens possessam cum dicto pheudo per honorabilem Simonem de Calatagirone de terra Randatii.

Pro tanto hodie, die presenti pretitulato, Reverendus Presbiter Aloysius de Antonio, Hospitalarius ad presens dicti Hospitalis, coram me notario et testibus infrascriptis, personaliter constitutus intus dictum Hospitale, cum consensu, assensu et expressa voluntate magnificorum Dominorum Aloysi Sanches, Iacobi Aglata et Mariani de Tignoso, Rectorum ad presens dicti Hospitalis, presentium, volentium et consentientium et minime discrepantium, per se et successores dicti Hospitalis, dictam Granchiam ut supra confinatam et limitatam cum dicto eius pheudo ut supra confinato et limitato, cum omnibus et singulis juribus et legitimis et pertinentiis eorum, ad opus massarie, vinee et aliarum rerum, sponte dedit et habere concessit, ac dedit, traddidit et assignavit per pennam mei notarii, loco corporalis posessionis, ut moris est, dicto Venerabili Fratri Filagato, Priori dicti Monasterii Sancti Philippi, ipsius Hospitalis ut supra, ad decimam partem uvarum et omnium aliarum rerum fiendarum per ipsum Fratrem Filagatum intus dictum pheudum, et victualium, et ad annuam solutionem unciarum trium, ponderis generalis in pecunia numerata, presenti et stipulanti et recipienti ab eodem hospitalario, ad habendum, tenendum et possidendum per ipsum Fratrem Filogatum dictam Granchiam ut supra ei concessam, cum dicto eius pheudo et juribus et legitimis pertinentiis eorum ut supra, ad opus massarie, vinee et aliarum rerum, per modum ut supra, durante vita tantum dumtaxat ipsius Fratris Fi-

lagati, et non ultra nec alio modo, ex nunc in antea, et cum hiis omnibus et singulis que subtus, supra, intus vel infra, in totum vel integrum continentur confines et alii si qui forent, accessibus et egressibus usque ad viam publicam, omnique jure et actione, usu, dominio utili, requisitione, proprietate et potestate, in dicto Hospitali aut quomodolibet spectantibus et pertinentibus, ipse concedens, quo supra nomine, in eundem Fratrem Filagatum presentem, et in suo animo recipere volentem, durante eius vita tantum ut supra, et non ultra, omnia jura, omnesque actiones, reales et personales, utiles, directas, mixas, tacitas et expressas, pretorias et civiles, et alias quascumque possexiones, ipse concedens, quo supra nomine, eundem Fratrem Filagatum eius vita perdurante tantum et non ultra ut supra, in locum dicti Hospitalis, et constituens procuratorem in rem suam in hac parte, ut amodo dictum Hospitale ante presentem contractum presentis concessionis facere poterat, et constituit se ipse concedens, quo supra nomine, et pro parte dicti Fratris Filogati, dictam Granchiam ut supra concessam cum dicto pheudo, precario tenere et possidere donec et quousque de eis corporalem, realem, actualem, vacuam et expeditam intraverit et acceperit possessionem; quam intrandi, capiendi, detinendi et habendi deinceps, ex nunc in antea, ipse concedens, quo supra nomine, sponte auctoritatem dedit et plenariam tribuit et concessit potestatem, directo dominio, proprietate et anno censu et decima predictis, dicto Hospitali proprietario, et me notario stipulante pro eo, durante vita ipsius Fratris Filogati presentis concessionis dicte Grancie cum dicto eius pheudo reservatis penitus et semper salvis.

Promittens sollepniter et conveniens ipse concedens, quo supra nomine, per se et successores dicti Hospitalis, dicto Venerabili Fratri Filagato, presenti et stipulanti, ab eo de dictis Granchia et pheudo ut supra concessis, vel aliqua eorum parte durante vita eiusdem Fratris Filagati, presentis concessionis, ut supra vel aliqua eorum parte nullam inferre questionem,[2] nec inferenti consentire, aliqua ratione, occasione, titulo vel causa, de jure vel de facto, sed semper et omni venturo tempore legitime defendere, guarintire, auctorizare et disbrigare ob omni molestante et contradicente persona publica vel privata, ecclesiastica vel seculari, loco, collegio, universitate, et de legitima evictione teneri; et si quo venturo[3] tempore per quempiam lis aut questio moveretur, ipsam litem et omnem causam in se ipse concedens, quo supra nomine, suscipere teneatur, illamque suis propriis et expensis dicti Hospitalis prosequi et finire, tam in principali judicio, quam in causa appel-

lationum et[4] usque ad debitum finem litis; necessitate tamen denuntiandi, requirendi et appellandi remissa prius dicto Fratri Filagato emphiteote, et per pactum sollepnem et expresse renunciatis, sub pactis emphiteuticis infrascriptis inter ipsos contrahentes et quo supra nomine habitis, et sollepni stipulatione vallatis et firmatis. Et primo quod[5] ipse Venerabilis Frater Filagatus emphiteota, durante dicta eius vita ut prefertur, presentis concessionis teneatur, et sic promisit dictam Eclesiam dicte Granchie suis propriis sumptibus et expensis beneficare, augmentare et meliorare de bono in melius, et etiam dictum pheudum, et in dicto vero pheudo plantare vineam et facere massariam teneatur, et alias res quas facere voluerit ipse Frater Filagatus durante vita ipsius, ut supra; et non permittere deteriorari a statu et conditionibus eorum, pro ut sunt ad presens, vel erunt in futurum; et se sollepniter obligavit et obligat dicto concedenti, quo supra nomine, per se et successores dicti Hospitalis, et me notario stipulanti pro eo. Item quod teneatur et promisit et promictit, et se sollepniter obligavit et obligat ipse Venerabilis Frater Filagatus, dicto concedenti, quo supra nomine, presenti et stipulanti, ab eo quolibet anno eius vita perdurante, tantum ut supra, dare et integre assignare dicto Hospitali, et me notario stipulanti pro eo, seu procuratori ipsius Hospitalis, decimam partem uvarum, victualium et omnium aliarum rerum fiendorum et fiendarum durante ipso tempore per ipsum Fratrem Filagatum intus dictum pheudum, et dictas vero annuas uncias tres in pecunia numerata ut supra quolibet anno durante dicta eius vita ut supra, per totum mensem Augusti proximi futuri cujuslibet anni, in dicto pheudo incipiendo primam assignationem facere dicte decime partis uvarum, victualium et omnium aliorum predictarum rerum ut supra ab anno presenti in antea, et primam solutionem facere totius dicti census ipsarum unciarum trium ut supra, per totum mensem Augusti proximi futuri presentis anni in antea inclusive. Item quod cessante et contraveniente ipso Fratre Filagato in solutione dictarum annualium unciarum trium ut supra, et in assignatione dicte decime partis uvarum, victualium et aliarum rerum fiendorum et fiendarum intus dictum pheudum per eum, per modum ut supra, per biennum continuum et completum quandocumque; quod tali casu possit et valeat dictum Hospitale, et me notario stipulante pro eo, ad se penitus revocare dictam Granchiam, ut supra concessam, cum dicto pheudo, cum toto eorum benefacto, non obstante dicto tempore et presente concessione, ex pacto expresso inter eos et sollepni jura-

mento vallato; pacto etiam expresso, quod adveniente casu executionis forte, minime possit nec valeat ipse Venerabilis Frater Filagatus aliquo pacto adversus eam se opponere, excipere et defendere, vel aliquid dicere et allegare, nec judicis officium implorare; quin prius solvat dictas uncias tres per totum dictum mensem Augusti quolibet anno in pecunia numerata, et assignat[6] etiam dictam decimam partem uvarum, victualium[7] et aliarum rerum quolibet anno per modum ut supra dicto Hospitali, et me notario stipulante pro eo, vel procuratori suo, durante eius vita ut supra, et pignora[8] que forte caperentur[9] ab eo durante ipso tempore, nullatenus adjudicentur aliquo pacto dicto Hospitali, sed ipso facto vendantur quolibet anno durante dicto tempore ad discurssum *(sic)* plus offerenti et ultimo emptori; non obstante ritu Magne Curie in contrarium dictante, cui ritui et eius tenori ipse Frater Filagatus expresse renunciavit et renunciat cum juramento. Item quod teneatur ipse Frater Filagatus ad suas expensas de presenti contractu fieri facere duo publica consimilia instrumenta, unum pro eo, et reliquum vero traddendum per eum dicto Hospitali, quoquidem tempore perdurante presentis concessionis ut supra, Monaci Monasteriorum predictorum Sancti Philippi de Fargara et Sancte Marie de Maniachi dicti Hospitalis ut supra, possint habere passagium tantum[10] dicte Granchie et pheudi predicti ipsius ut supra concessorum, et non aliud, nec alio modo. Et processit ex pacto inter eos, et sollepni juramento firmato, quod mortuo, quod absit, ipso Venerabili Fratre Filagato, incontinenti et ipso facto possit dictum Hospitale, vel eius procurator, et me notario stipulante pro dicto Hospitali, sibi capere dictam Granchiam et dictum eius pheudum, ut supra concessam et concessum, auctoritate propria et de facto, absque decretu Curie, tanquam bona sua propria, cum toto[11] eorum benefactis fiendis decetero in dictis Granchia et pheudo per ipsum Fratrem Filagatum, et presertim dictum pheudum cum tota[12] massaria, stivilibus massarie, bobus, animalibus, vineis et aliis rebus tunc apparentibus intus dictum pheudum et victualibus, sine aliqua solutione fienda per dictum Hospitale aliquo pacto, et me notario stipulante pro eo; de quibus quidem benefactis in dicta Granchia faciendis per ipsum Fratrem Filagatum, massaria, vineis, victualibus, dicte massarie stivilibus, bobus et aliis rebus etiam fiendis in dicto pheudo per eum et emendis infra ipsum tempus, eius vita perdurante, ut supra, suis propriis sumptibus et expensis modo quo supra; ipse Frater Filagatus, consentiens prius in nos tanquam in suos judicem et notarium, cui jurisdictioni apparet esse subjectum ex certa

eius scientia et deliberalitate, non vi, dolo nec fraude, sed de sua bona, mera et spontanea voluntate, nemine eum cogente, et quia sic voluit, per se et successores suos in perpetuum ex nunc [13] pro tunc, et ex tunc pro nunc, eidem Hospitali, et me notario stipulante pro eo, sponte donationem inrevocabilem inter vivos fecit et facit, nullo futuro tempore durante dicta [14] eius vita ut supra per eum aliquo pacto revocandam. — Que omnia ipsi contrahentes ad invicem et vicissim sollepnibus stipulationibus huic inde intervenientibus sponte promisserunt et sollempniter convenerunt rata, grata, accepta et firma habere, tenere, attendere et inviolabiter observare, ac contra non facere vel venire, nec contravenienti [15] consentire, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto, in omnem eventum, et sine aliqua diminutione, in pace et de plano; sine lite et Curie querimonia, ac judiciorum strepitu, et figura judicii; omni libello, petitione, exceptione, executione, appellatione et moratoria remotis, et per pactum sollempnem et expresse renunciatis; sub ypotheca et obligatione omnium bonorum, et quo supra nomine habitorum et habendorum mobilium et stabilium, pheudalium et burgensaticorum, presentium et futurorum, ac cum refectione dampnorum, interessum et expensarum litis et extra. Renunciantes super premissis omnibus et singulis generaliter, specialiter, sollempniter et expresse omnibus exceptionibus et actionibus doli mali, metus causa et in factum, subsidiarie condicioni sive cause, privilegio fori et legi si convenerit, et generaliter ceteris aliis juribus et legibus scriptis et non scriptis, publicis et privatis, ac sacris constitutionibus imperialibus et regalibus, novis et veteribus, quibus vel eorum aliquo in premissis et circa premissa juvare se possint [16] aliquatenus, vel tueri. Et si de premissis questio oriatur, quod summarie procedatur in ea juxta formam ritus Magne Curie, in bonis partis contravenientis, pro observatione et executione omnium et singulorum premissorum. Et juraverunt ipsi contrahentes et quo supra, quod presens contractus fuit et est verus contractus vere concessionis [17] durante vita ipsius Venerabilis Fratris Filagati tantum, dicte Grancie et dicti eius pheudi, et non simulato modo factus [18] in fraudem alicujus jus habentis [19] recuperationis, ac predicta omnia et singula attendere et inviolabiliter observare, ac contra non facere vel venire, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto.

Unde ad futuram memoriam omnium quorum interest, seu interesse poterit in futurum, certitudinem et cauthelam, confectum est exinde presens publicum instrumentum manu mei infrascripti,

nostrum qui supra iudicis et notarii, ac subscriptorum testium subscriptionibus et testimonio roboratum.

Actum in dicta urbe felici Panormi anno, mense, die et indictione premissis.

† Ego Franciscus de Saladino judex qui me supra scripsi.

† Ego Dominicus de Benedicto interfui et me testor.

† Ego notarius Andreas de Princhipato interfui, testor et subscripsi.

† Ego Petrus de Agustino interfui testor et me subscripsi.

† Ego Matheus de Vermigla de eadem urbe felici Panormi quibus supra auctoritatibus Regia et Archiepiscopali judex, judex ordinarius, atque notarius publicus premissis omnibus interfui, eaque rogatus scripsi et publicavi, et in presentem formam publicam reddegi, meoque solito signo signavi in fidem et testimonium premissorum.

† Ego presbiter Aloysius de Antonio Hospitalarius qui supra premissa omnia confirmo, et sigillo dicti Hospitalis presens instrumentum sigillavi.

Testes.— Nobilis Dominicus de Benedicto, honorabilis notarius Andreas de Princhipato et Petrus de Agustino.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1494. — N. 51.

Ingabellatio Granchie.

Item.

Ingabellatio pheudi Granchie.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

1 Possessa. — 2 Nulla inferre questione. — 3 Veniente. — 4 Etiam. — 5 *Manca.* — 6 Assignare. — 7 *Manca.* — 8 Pignorata. — 9 Cavetur. — 10 *Manca.* — 11 Totis. — 12 Dicta. — 13 Tunc. — 14 *Manca.* — 15 Contraveniente. — 16 Posset. — 17 Concessiones. — 18 Factis. — 19 Habentem.

XXXVIII. *

Roma 1497. Gennaro 27.

Papa Alessandro VI concede all' Ospedale Nuovo dei poveri di S. Spirito in Palermo, la facoltà di sostituire ai Monaci della regola di S. Basilio dell'Abbadia di S. Filippo di Fragalà quelli dell'ordine di S. Benedetto osservato nell'altra Abbadia di S. Maria di Maniaci, riunite ed incorporate entrambe all' amministrazione del detto Ospedale dal predecessore Innocenzo VIII; e la facoltà eziandio di eleggere o rimuoverne il Priore nei detti Monasteri.

Alexander, Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

In Apostolice dignitatis culmine, meritis licet imparibus Divina dispositione constituti, ad ea libenter intendimus, per que in Ecclesiis et Monasteriis omnibus Divinus Cultus cum animarum salute suscipiat incrementum, et votis illis que id respicere dinoscuntur libenter annuentes, gratiosis ea favoribus prosequimur.

Dudum siquidem Beate Marie de Maniachi, et Sancti Philippi de Fargala, Monasteriis Sancti Benedicti et Sancti Basilii ordinum Montis Regalis et Messanensis Diocesis, tunc certo modo vacantibus, felicis recordationis Innocentius Papa VIII predecessor noster, illa sic vacantia cum omnibus juribus et pertinentiis suis, Hospitali Novo pauperum Sancti Spiritus Panormitano de Fratrum suorum consilio, de quorum numero tunc eramus, Apostolica auctoritate per-

---

* La pergamena è alta cm. 35, larga cm. 50; la scrittura è della Cancelleria Romana. Vi sono attaccati dei fili di seta rossa, da cui dovette pendere il suggello, che più non esiste. Questa bolla fu resa esecutoria nel regno a 1° maggio 1497.

petuo univit, annexuit et incorporavit, ac voluit et eadem auctoritate decrevit, quod pro Divini Cultus in dictis Monasteriis augmento et conservatione, Hospitalarius, Rectores et Gubernatores dicti Hospitalis pro tempore existentes, in quolibet Monasteriorum predictorum ad minus quatuor Monachos Ordinum eorundem, bone, honeste et exemplaris vite, qui per Priorem annalem, per Monachos ipsos eligendum et amovendum, seu de novo ad eorum nutum confirmandum, alias juxta laudabilia instituta, et ordinationes dictorum ordinum regeretur et gubernaretur, continuo habere et tenere, ac ipsis de victu, vestitu et aliis necessariis decenter et honeste providere, prout etiam tunc Hospitalarius, Rectores et Gubernatores eiusdem Hospitalis ad id se sponte obtulerant et obligaverant, omnino tenerentur, prout in eiusdem Innocentii inde confectis litteris, plenius continetur. Et deinde exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Hospitalarii, Rectorum et Gubernatorum eiusdem Hospitalis petitio continebat, quod licet Monasteria ipsa per Hospitalarium, Rectores et Gubernatores predictos, qui pro tempore fuerunt, vigore dictarum litterarum recepta, et iuxta illarum formam gubernata fuerint, prout gubernantur, tamen hactenus Monachi dicti Ordinis Sancti Basilii qui inibi tenerentur, cum difficultate reperiri potuerunt; et cum idem ordo Sancti Basilii potius inter Grecos quam Latinos vigeat, Hospitalario, Rectoribus et Gubernatoribus predictis quasi impossibile est Monachos Ordinis Sancti Basilii hujusmodi, qui bone, honeste et exemplaris vite, ut prefertur, existant, ad presens reperire. Verum si statueretur et ordinaretur quod deinceps in utroque Monasterio hujusmodi Monachi dicti Ordinis Sancti Benedicti teneri possent, profecto illi longe facilius reperirentur, qui bone, honeste et exemplaris vite hujusmodi essent, et per eos in dictis Monasteriis Divinus Cultus decentius conservaretur et augeretur, presertim si Priores predicti, non per Monachos ipsos, qui Priori per eos electo seu deputato, et ad eorum nutum amovendo, obedire non curarent, sed per Hospitalarium, Rectores et Gubernatores prefatos deputarentur. Quare pro parte moderni Hospitalarii, Rectorum et Gubernatorum predictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut quod decetero in ambobus Monasteriis hujusmodi Monachi dicti Ordinis Sancti Benedicti teneri possint; quodque Priores annuales predicti, per Hospitalarium, Rectores et Gubernatores pro tempore existentes hujusmodi deputari et ad eorum nutum amoveri debeant, statuere et ordinare, aliasque in premissis oportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur qui Divini Cultus augmentum, nostris potissime temporibus, sinceris affectibus escoptamus, modernos Hospitalarium, Rectores et Gubernatores predictos, et eorum singulos, a quibusvis excomunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris et penis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, tenore presentium statuimus et ordinamus, quod deinceps perpetuis, futuris in ambobus Monasteriis predictis, Monachi Sancti Benedicti hujusmodi teneri possint, et Priores annuales predicti per Hospitalarium, Rectores et Gubernatores pro tempore existentes, hujusmodi deputari et ad eorum nutum amoveri debeant. Volumus tamen quod si aliqui Monachi dicti Ordinis Sancti Basilii, in dictum Monasterium Sancti Philippi recipi voluerint, ad illud recipi debeant et quoad receptionem hujusmodi aliis Monachis dicti Ordinis Sancti Benedicti inibi preferantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis statuti, ordinationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominice millesimo quatringentesimo nonagesimo septimo, tertio kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno sexto.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1497. N. 52.

Bulla Alexandri Papae VI, qua Hospitalario et Rectoribus Magni Hospitalis conceditur facultas eligendi et amovendi Priorem in Monasteriis Sancti Philippi Fragalatis et Sanctae Mariae Maniacis.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XXXIX. *

San Filippo di Fragalá 1510. Aprile 2. Ind. XIII.

Transunto di un privilegio del Re Ruggiero del 20 Marzo dell'anno di VIII[a] Indizione 1146, con cui si confermano varii privilegi concessi al Monastero di S. Filippo di Fragalà.

Abbatia Sancti Philippi de Fargala Vallis Deminis, alias de Militiro, prope casale Mirti et Frazano, ordinis Sancti Basilii de subditis Archimandritatus.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem, millesimo quingentesimo decimo, die secundo Aprilis, decimetertie inditionis.

Regnante Serenissimo, Catholico et Invictissimo Domino nostro Don Ferdinando, Dei gracia, Rege Aragonum, utriusque Sicilie, Hierusalem, etc. Per presens puplicum notum facimus et testamur quod, inter alia privilegia inventa in sacristia Monasterij Sancti Philippi de Fargala, inventum fuit insertum privilegium in pargameno descriptum, omnique sollemnitate vallatum, non abrasum, non vitiatum aut in aliqua sui parte suspectum, quod de verbo ad verbum per me Franciscum de Silvestro, ad hoc electum per Illustrem Dominum huius regni Proregem cum deliberacione Sacri Regii Consilii, ad petitionem et instanciam magistri Iuliani Castellano, regii Secretarii, Visitatoris et Commissarii etiam ad hoc de-

---

* Questo documento non esiste nel Tabulario, ma è tratto dal Capibrevi di Giovan Luca Barberi, Prelazie, Tom. 2, fol. 495.

I privilegi che in esso si confermano e rinnovano non sono trascritti, ma vi è solamente espresso il contenuto; notevolissimo l'accenno che si fa a documenti in *carta cuctunea* del 1098 rinnovati in pergamena al 1146, il che dimostra l'uso della carta di cotone a quell'epoca.

putati per cumdem Illustrem Dominum Proregem Sacrumque Consilium, transumptatum et in hanc puplicam formam reddactum fuit; cuiusquidem privilegii tenor est huiusmodi.

Rex Rogerius, Adiutor Christianorum. Ad nostre Maiestatis potenciam pertinet et sapientiam, omnes res in melius convertere et insuper res ad sacras Ecclesias pertinentes, cum omni iudustria animoque sincero, in hoc statu pacifico augendo, conroborare.

Unde precipimus omnia sigilla Ecclesiarum et aliorum fidelium regni nostri renovari, et ea palam monstrari, ut sint confirmata sub magnitudine altissimi regni nostri. Unde in mense martio, vigesimo die, indicionis octave, anno ab inicio mundi sexciesmillesimo sexcentesimo quinquagesimo tercio, existentibus nobis in civitate Panhormi in Dei pace et tranquillitate, gracia Omnipotentis Dei, cum regni nostri familiaribus, venisti ante nostram presenciam tu Bonifacius, Abbas Sancti Philippi Vallis Deminis et monstrasti nobis sigillum quoddam, auream bullam habens, a Patre nostro Rogerio, Magno Comite, dive memorie, tibi et Monasterio tuo factum et concessum, anno a mundi creacione sexcies millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, cuius scripto continetur, Abbaciam Sancti Philippi ab omni contradictione Archiepiscoporum et Episcoporum liberam habere et omnia que in sigillo continentur similiter. In fine vero sigilli ipsius continetur in anno sexcies millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, nos omnia que in sigillo Patris nostri continentur concessis.

Aliud sigillum monstrasti nobis, bullam habens plumbeam, a gloriosissimo regno nostro factum et concessum anno ab inicio mundi sexciesmillesimo sexcentesimo vigesimo, indicionis quinte, de carta cuctunea in pargamenum renovavimus, quod fecit Simeon Frater noster et felicis memorie Mater nostra, cuius scripto continetur, de terris Abbacie concessis per eos que sunt in catuna Maniachii, silicet in Sancta Maria Gullia nominatae; quicquid in illo continetur et aquam ipsius loci tibi concessimus.

Monstrasti nobis sigillum aliud ex carta cuctunea, factum anno a mundi creacione sexcies millesimo sexcentesimo decimo, quod renovavimus in pargamenum; in quo continetur de Molendino, quod donavit Abbacie Mater nostra, felicis memorie.

Aliud monstrasti sigillum plumbee bulle, factum a Patre nostro, beate memorie, anno sexcies millesimo sexcentesimo, indicionis quartedecime, cuius scripto continetur de obediencia Sancti Thalelei et de terris et silva ipsius.

Aliud sigillum monstrasti nobis bulle plumbee, a regno nostro

et a Matre nostra concessum, anno a mundi creacione sexcies millesimo sexcentesimo decimo octavo, cuius scripto continetur, quod venit Gregorius, Abbas Sancti Philippi, ad Messanam, petens ut, quia habebat sigillum vetus cuctuneum, sibi renovaremus, quod fecerat Abbacie Pater noster, bone memorie, in anno sexcies millesimo sexcentesimo quinto, cuius scripto continetur, ut locus qui descendit a monte nominato Linarie tenus Sancto Philippo, sit pascua animalium Abbacie, hunc quoque locum concessimus et terras et silvam que in ipso monte sunt similiter et aqua, loca Sancti Georgii, ut in novo sigillo, quod concessimus, continentur.

Aliud sigillum monstrasti a Maiestate nostra et a Genetrice nostra, gloriose memorie, concessum bulle plumbee indicione septima, cuius scripto continetur, quod Genitor noster, pie recordacionis memorie, donaverat Abbacie in valle Deminis villanos octo, de quibus continentur scripto sigilli pargameni, quod renovavimus de sigillo veteri cuctuneo; quorum nomina sunt hec: Basilius cognominatus Changemu, Petrus Basili, Brunus Curte, Lico Petrus, Nicolaus Faber Claudus, Stephanus nepos abbatis, Gregorius Captivus, Irini de Vatalu.

Aliud sigillum monstrasti bulle plumbee a Genitore nostro, felicis memorie, corroboratum, anno ab inicio mundi sexmillesimo sexcentesimo quinto, in quo continentur terre que sunt apud Sanctum Theodorum hirci et earum divisam et duas obedientias scilicet, Sanctam Mariam Frigam et Sanctum Barbarum et quatuor villanos Abbacie donari; villani siquidem hi sunt; Nicolaus Cumofagus; Heugenius Psatis; Galatanus de Flaccanu; Calogerus de Flaccanu.

Aliud monstrasti sigillum a nobis et a Matre nostra, felicis memorie, concessum et datum, bullam habens plumbeam, anno a mundi creacione sexcies millesimo sexcentesimo octavo et decimo, indicionis tercie, cuius scripto continetur, quod Ecclesia Sancti Marci, que est in catuna Maniaci, una cum terris et silvis supra Sancti Philippi fuit obedienciaria.

Aliud sigillum monstrasti a nobis concessum et datum anno ab inicio mundi sexcies millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto, indicione quarta, scripto cuius continetur, quod terre Sancti Philippi, que erant apud supradictos Filadelphos, cambiate fuerunt pro terris que sunt apud Muellis cum silva ipsius loci.

Aliud sigillum monstrasti bulle plumbee, a Patre nostro Rogerio, beate memorie, concessum et datum anno ab inicio mundi sexcies millesimo sexcentesimo primo, indicione prima, donante Ec-

clesie Sancti Philippi terras que sunt apud Muellis et earum divisa et silvam loci illius.

Aliud sigillum monstrasti bulla plumbea, a Comite Rogerio, felicis memorie, concessum et datum anno a creatione mundi sexcies millesimo sexcentesimo tercio, donante Ecclesie Sancti Philippi Ecclesiam Sancti Hipoliti obedienciariam, habentem terras cum earum divisa sicut in sigillo suo continetur, et aliam Ecclesiam Sancti Nicolai de Petra obedienciariam, habentem terras et earum divisa.

Aliud sigillum cum bulla plumbea a genitrice nostra, bone memorie, et Fratre nostro Symeone concessum et datum anno a creacione mundi sexcies millesimo sexcentesimo decimo, indicione prima, cuius scripto continetur de terris quas a flumine Panegie et earum divisa cum aqua loci propter molendina, in quo etiam continetur de quatuor villanis christianis, quorum nomina hec sunt: Sidelphus Captivus cognomine Filadelphus, et presbiter Theodorus Curtus et Costa Pantellus et Theodorus Accomodatus.

Aliud sigillum nobis monstrasti bulle plumbee a Matre nostra, gloriose memorie, concessum et datum, precipiens ut Abbacia Sancti Philippi a salinis Castri Ioannis omni anno sal sufficientem habeat.

Aliud tamen sigillum monstrasti cum bulla cerea a Matheo de Crouna concessum et datum, cuius scripto continetur, ipsum Matheum Ecclesie Sancti Philippi Ecclesiam Sancte Anastasie cum terris suis et earum divisa optulisse.

Omnia hec supradicta sigilla cum cunctis in illis contentis Maiestas nostra tibi, successoribus tuis ad opus ecclesie prefate concedit et confirmat et precipit, predictam ecclesiam cum omnibus hominibus et rebus suis, tam stabilibus, quam mobilibus ab omni contradictione impediencium et calumnia Archiepiscoporum et Episcoporum, Stratigotorum et Vicecomituum et aliorum potestatum, sicut in sigillo auree bulle continetur, liberam et absolutam haberi. Nec habeant potestatem aliquid damnum Ecclesie vel hominibus suis inferendis, neque herbagium capiendi, neque angariam inferendi, sed omnia et cuncta illibata fiant ob omnibus potestatibus nostris, confidens precibus et meritis beati Philippi sempiternam inde consequamur retributionem et anime cunctorum nostrorum defunctorum eternam habeant requiem.

Quod scriptum a Maiestate nostra confirmatum et plumbii, bulla sigillatum, mense et indicione supradicta, tibi tuisque successoribus Abatibus datum est.

Unde ad futuram memoriam et ut de presenti publicatione fides plenaria ubique haberi valeat, factum est presens puplicum instrumentum, actum in eodem Monasterio, anno, mense, die et indicione premissis.

Testes. Venerabilis Frater Angelus Scurria Prior, Frater Nicodemus de Galipoli, Frater Philotheus de Presbitero Philippo, Frater Marinus de Castania et Diaconus Athanasius de Presbitero Philippo.

XL.*

Roma 1519. Luglio 9.

Delegazione Pontificia al Vicario Generale della Diocesi di Girgenti, perchè indaghi la verità circa il capo dell' Apostolo S. Filippo e le reliquie dei Santi Martiri Alfio, Filadelfio e Cirino, pertinenti all'Ospedale Nuovo di Palermo, per parte del Monastero di S. Filippo, rapiti e tuttavia in potere della Confraternita dei detti Santi e del Comune di Lentini.

Leo, Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis, Archidiacono Ecclesie Aggrigentine et Vicario Venerabilis Fratris nostri Episcopi Aggrigentini in spiritualibus generali, salutem et apostolicam benedictionem. Quia cum dilectorum filiorum moderni Rectoris Hospitalis Magni nuncupati panormitani et Conventus Monasterii dicto Hospitali [1] perpetuo canonice uniti, annexi et incorporati Sancti Philippi Vallisdeminis, Sancti Basilii vel alterius ordinis, messanensis diocesis, accepimus, continentem quod, licet a tempore de cuius inicio sine contraria hominum memoria non existit, caput Sancti Philippi Apostoli et corpora seu reliquie Sanctorum Alphi, Philadelfi et Ciri, [2] Fratium Martirum in dicto Monasterio recondita et honorifice conservata fuerint, cum maxima veneratione et populi devotione, ac fueriut pro tempore Rector Hospitalis et Conventus predicti per supradictum tempus in possessione seu quasi iuris, [3] illa in dicto Monasterio tenendi et conservandi. Tamen Confratres Confraternitatis, Ecclesie ipsorum Sanctorum Alphi et Phi-

---

* La pergamena è alta cm. 21, larga cm. 36; con un ripiego alto cm. 4; mancante e sbiadita in varii punti presenta una scrittura gotica propria della Cancelleria Romana.

ladelfi ac Ciri oppidi Leontini, Siracusane diocesis, et forsan universitas dicti oppidi, ad dictum Monasterium, urgentibus tunc in Regno Sicilie ultra Pharum seditionibus accedentibus,[5] caput Sancti Philipi et reliquias Sanctorum Martirum eorumdem inibi ut prefertur, cum veneratione et devotione recondita et conservata, propria auctoritate, ausu sacrilego subtrahere, illaque per vim auferre ac violentias, oppressiones, iniurias et iacturas dictis Rectori Hospitalis et Conventui Fratrium, caput[6] et reliquias huiusmodi ad dictum oppidum Leontini asportare et Monasterium predictum[7] . . . . et deinde Confratres et Universitas huiusmodi in premissis perseverantes, ac illa eis facere licuisse falso asserentes, apostolicas[8] super horum ob excessibus et sacrilegiis huiusmodi absolutione ac super facultate et licentia caput, corpora et reliquias Sanctorum huiusmodi perpetuo retinendi, ac rebus aliis tunc[9] expressis per veri suppressionem et falsi suggestionem, a nobis litteras impetrarunt et illarum pretextu, dictas reliquias contra iusticiam et de facto tenere et possidere presumunt, in animarum suarum periculum et ipsorum querelantium preiudicium non modicum et gravamen.

Quare pro parte dictorum Rectoris et Conventus, ad quos custodia capitis et reliquiarum huiusmodi in dicto Monasterio a supradicto tempore pertinerit et pertinet, asserentium, se etiam nomine dicti Monasterii tunc super spolio, violentiis, oppressionibus, iniuriis et dampnis sibi et dicto Monasterio premissorum occasione illatis, quam etiam super obreptione et subreptione ac invaliditate dictarum literarum in iudicio contra dictos confratres ac alios sua interesse putantes experiri velle, nobis fuit humiliter supplicatum ut . . . . . super hiis iusticie ministerio subvenire paterna diligentia curaremus. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis quod iustum fuerit, appellatione remota, decernatis facientes quod decreveritis per (censuram) ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione (remota) compellatis ve(raciter) testimonium perhibere. Quod si non ambo hiis exequendis poteritis interesse alter vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Incarnacionis Dominice, millesimo quingentesimo decimonono, septimo idus Iulii, Pontificatus nostri anno septimo.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1519.[10]

Delegatio commissa Venerabili Archidiacono et Vicario Episcopatus Agrigentini videndi veritatem, si caput Sancti Philippi Apostoli et reliquia Sanctorum Alfii, Filadelfi, Cirini spectant ad . . . . et Hospitale Novum Panormi, seu ad Conventum Sancti Philipi Vallis Demoris, ordinis Sancti Basilii, diocesis messanensis.

In nobili civitate Messane die XXV. die octobris 1519. Ex parte Illustris Domini Proregis, Magnificus Regius Consiliarius pro fisci patronus super absolutione provideat.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

[1] Dicti hospitalis. — [2] Cirini. — [3] *Manca.* — [4] Cirini. — [5] Earumdem. — [6] *Manca.* — [7] *Manca.* — [8] Apostolica. — [9] Hinc. — [10] *Manca l'intiera nota.*

XLI.*

Roma 1559. Luglio 6.

Il Cardinale Raimizio, Prefetto della Primaria, concede all'Ospitalario ed ai Rettori dell'Ospedale Grande di Palermo, di poter scegliere a monaci dei due Monasteri di Santa Maria di Maniaci e di San Filippo di Fragalà, incorporati al suddetto Ospedale, i religiosi di qualsiasi ordine, anche di mendicanti; atteso il difetto di monaci Basiliani e Benedettini, che vi doveano, gli uni per fondazione e gli altri per posteriori concessioni, menare vita regolare.

Raymitius miseratione divina et Sancti Angeli Praesbiter Cardinalis, dilectis in Christo modernis Hospitalario et Rectoribus ac Gubernatoribus Hospitalis Novi pauperum Sancti Spiritus Panormi, salutem in Domino. Ex parte vestra nobis oblata petitio continebat quod, cum Beatae Mariae de Maniaci et Sancti Philippi de Fragala, Sancti Benedicti et Sancti Basilii ordinis, Montis Regalis et Messanensis diocesis ac Sancti Spiritus extra muros Panormi et Cisterciensis ordinis Monasterii, Hospitali pauperum, auctoritate apostolica perpetuo unita, annexa et incorporata ac abinde citra ipsa Monasteria per Hospitalarium, Rectores et Gubernatores ipsius Hospitalis vigore literarum apostolicarum desuper expeditarum gubernata fuerint, et postmodum cum monachi ipsius ordinis Sancti Basilii qui inibi tenerentur cum difficultate repereri potuissent, cum precipue idem Ordo Sancti Basilii potius inter grecos quam latinos vigeretur, ac Hospitalario, Rectoribus et Gubernatoribus ipsis quasi impossibile esset monachos Sancti Basilii omnino quod bonae

* Questo Diploma è tratto dal volume 1410 della Conservatoria di Registro (Regie Visite); Anno 1741-43, foglio 81.

et honestae et exemplaris vitae essent reperire, eadem auctoritate Apostolica per alias literas Apostolicas statutum et ordinatum fuerit, quod ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus in ambobus Monasteriis primo dicti monachi Sancti Benedicti omnino teneri possent, prout in eisdem sub plumbo expeditae fuerunt literis *(sic)* plenius dixisse contineri, earum auctoritate sicut eadem subiungebat petitio vobis quasi impossibile seu difficile sit Monachos eiusdem Ordinis Sancti Benedicti, qui in ipsis ambobus Monasteriis teneri possit reperire cupiatis; propterea vos qui in dicto Monasterio Sancti Spiritus ob defectum monachorum cistercientium ordinis, seculares et aliquando regulares etiam mendicantium ordinum tenere consueverunt, in singulis Monasteriis prefatis quoscumque cum suis etiam mendicantium ordinibus de eorum tamen superiorum licentia tenere, quod si per sedem Apostolicam statuatur et ordinetur profecto divini cultus in ipsis Monasteriis augmentum non modicum sed magnum consuletur supplicari fecistis. Similiter vobis super hiis pro Sede Apostolica de opportuno rimedio nunc providere, nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, cuius plenarie curam gerimus, et de eius speciali mandato super hoc vivae vocis oraculo vobis facto, ut deinceps perpetuis futuris temporibus in Monasteriis supradictis et eorum quilibet monachi, seu fratres cuiusvis etiam mendicantium ordinis per vos et successores vestros toties quoties opus fuerit eligendos, et de eorum tamen superiorum licentia tenere possint, tenore presentium statuimus et ordinamus ac tam vobis et successoribus, quam monachis seu fratribus eligendis binorum concedimus et indulgemus ac ad id plenam et liberam licentiam et facultatem compartimur, non obstantibus premissis et quisbusvis Apostolicis ac in Provincialibus et Sinodalibus conciliis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ac ordinum et monasteriorum predictorum statutis et consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque, proviso quod fratres pro servitio dictorum Monasteriorum pro tempore deputati sub obedientia suorum superiorum nihilominus extant. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub sigillo officii Primariae 6 Iulii, Pontificatus domini Pauli Papae IIII anno quarto, 1559.

XLII. *

Roma 1598. Ottobre 2. Ind. XI.

Lettere monitoriali di Marcello Lantes, Protonotaro Apostolico di Papa Clemente VIII, con le quali, sulla istanza dell' Ospedale di S. Spirito di Palermo, si comunica alle Autorità Ecclesiastiche della Diocesi di Messina la bolla d'Innocenzo VIII degli 8 luglio 1491, che aggregava al detto Ospedale i Monasteri di S. Filippo di Fragalà e di Santa Maria di Maniaci, tenuti già in commenda da Roderico, Vescovo di Porto e Vice Cancelliere di S. Chiesa; e quindi s'ingiunge a dette Autorità di avvertire l'Abate ed i Monaci dei cennati Monasteri ad astenersi da qualunque opposizione o molestia contro detto Ospedale.

Marcellus Lantee *(sic)*, Protonotarius Apostolicus Sanctissimi Domini Nostri Pape, ac Curiae Causarum Camerae Apostolicae Generalis Auditor, Romanaeque Curiae Iudex ordinarius, sententiarum quoque et censurarum in eadem Romana Curia et extra eam latarum, ac literarum apostolicarum quarumcumque universalis et merus Exequutor, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter deputatus: universis et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis ac Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis tam Cathedralium quam Collegiatarum, Ecclesiarum Canonicis, parochialiumque Rectoribus, seu locatenentibus eorumdem; Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Cu-

---

* La pergamena è alta cm. 26, larga cm. 40 1/2 con un ripiego alto cm. 4; conservasi in buono stato e presenta una scrittura corsiva propria della Cancelleria Romana.

Vi è attaccata una capsula di latta dove trovansi gli avanzi del suggello.

ratis et non Curatis, ceterisque Presbiteris, Clericis, Notariis et Tabellionibus publicis quibuscumque per Civitatem et Diocesim Messanensem, ac alias ubilibet constitutis, salutem in Domino, et presentibus nostris hujusmodi, immo verius apostolicis firmiter obedire mandatis; noveritis nuper fuisse coram nobis pro parte et ad instantiam Dominorum Hospitalariorum, ac Rectorum et Gubernatorum Hospitalis Magni Sancti Spiritus panormitani plurimas literas apostolicas felicis recordationis Innocentij Pape octavi sub plumbo, ut moris est, expeditas, sub data Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominice 1491, octavo Idus Julii, Pontificatus ejusdem anno septimo, presentatas tenoris sequentis, videlicet: Innocentius, Episcopus, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Regimini Universalis Ecclesiae, disponente Domino, presidentes, pro Hospitalium et aliorum piorum locorum quorumlibet, in quibus hospitalitatis et alia pia charitatis opera continue exercentur, ac pauperes et aliae miserabiles personae ad illa declinantes recipiuntur et benigne tractantur, statu salubriter dirigendo, prout ex debito nobis iniuncti pastoralis tenemur officij, solitae considerationis intuitum extendimus, et ad ea per que Hospitalium et locorum eorumdem necessitatibus subveniri, ac debita hospitalitas observari possit, libenter adhibemus sollicitudinis nostrae partes, sane *(sic)* Beatae Mariae de Maniachi et Sancti Philippi Fragala, Monasterij Sancti Benedicti et Sancti Basilij ordinum Montis Regalis et Messanensis Diocesis, que nuper Venerabilis Frater noster Rodericus, Episcopus Portuensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarius, ex concessione et dispensatione apostolica in commendam obtinebat; commendam hujusmodi ex eo quo idem Episcopus hodie illi in manibus nostris sponte et libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, cessante adhuc eo quo dum eidem Episcopo commendata fuerint, vacabant, modo vacantibus, nos vero ultimae dictorum Monasteriorum vacationis modo, etiam si ex illo quaevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, presentibus pro expresso habentes, ac volentes Hospitali Novo pauperum Sancti Spiritus Panormitano, in quo, ut accepimus, maxima hospitalitas continue observatur, ut illa melius in dies observari et alia pia caritatis opera inibi exerceri valeant, de alicuius subventionis auxilio providere, illiusque necessitatibus quae magnae sunt, subvenire; post deliberacionem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem Monasteria predicta cum omnibus juribus et pertinentiis suis, eidem Hospitali auctoritate apostolica, tenore presentium, de fratruum predictorum consilio perpe-

tuo unimus, annectimus et incorporamus, ita quod liceat dilectis filiis Hospitalario ac Rectoribus et Gubernatoribus dicti Hospitalis, nunc et pro tempore existentibus, per se vel alium seu alios, corporalem Monasteriorum, juriumque et pertinentiarum predictarum ac bonorum illorum possessionem propria auctoritate libere apprehendere; ac perpetuo retinere. Illarumque fructus, redditus, et proventus in Monasteriorum, et Hospitalium predictorum usum utilitatemque convertere diocesanorum, locorum, et cuiusvis alterius licentia super hoc minine requisita, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac statutis et consuetudinibus Monasteriorum et ordinum predictorum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac quibuslibet privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis, generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibuscumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem ac prefata auctoritate decernimus, quod pro divini cultus in dictis Monasteriis augmento et conservatione, Hospitalarij, Rectores et Gubernatores prefati quolibet Monasteriorum predictorum ad minus quatuor monachos ordinum eorumdem bonae, et honestae, ac exemplaris vitae, qui per Priorem annalem per monachos ipsos eligendum et amovendum seu de novo ad eorum nutum confirmandum, alias juxta, laudabilia instituta et ordinationes ordinum praedictorum regantur et gubernentur, continue habere et tenere, ac ipsis de victu, vestitu, et aliis necessarijs decenter et honeste providere, prout etiam predicti Hospitalarius, Rectores et Gubernatores ad id se sponte obtulerunt et obbligarunt omnino teneantur. Ac propter unionem, annexionem et incorporationem predictas, dicta Monasteria alias in spiritualibus non ledantur et in temporalibus detrimenta non substineant, sed alia eorum congrue supportentur onera consueta; alioquin unio, annexio, et incorporatio predictae dissolutae sint, dictaque Monasteria in pristinum statum revertantur, et per dissolutionem huiusmodi vacare censeantur, eo ipso nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, et consuetudinis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Iucarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, octavo Idus Iulij,

Pontificatus nostri anno septimo. Pro quarum quidem preinsertarum literarum apostolicarum faciliori et tutiori habenda exequutione, fuimus pro parte dictorum Dominorum instantium, debita cum instantia, requisiti, quatenus ipsis de opportuno in premissis juris remedio providere dignaremur. Unde nos attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam et rationi consonam, et quia iusta petenti non est denegandus assensus, vobis omnibus et singulis supradictis, tenore presentium committimus, et in virtute sanctae obedientiae mandamus, quatenus statim visis et receptis presentibus, et postquam presentium vigore fueritis pro parte dictorum Dominorum Instantium requisiti, seu aliquis vestrum fuerit requisitus, moneatis et requiratis primo, secundo, tertio et peremptorie, prout nos monemus et requirimus per presentes Reverendos Priorem, Fratres et Conventum Sancti Philippi Fragala Monasterij Sancti Basilij messanensis, omnesque alios in exequutione presentium nominandos et cognominandos, quatenus infra sex dies ab intimacione presentium proximos, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies pro tertio et peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, et vos assignetis eisdem sub (pena) quingentorum ducatorum auri de Camera locis pijs arbitrio nostro applicando, ac mandati exequutivi et in juris subsidium excomunicacionis et respective suspensionis a divinis, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris et penis etiam in dictis literis apostolicis contentis, debeant dictas preinsertas literas apostolicas, et omnia in eis contenta, observasse, et observari fecisse, quodque dictae literae apostolicae suum totalem habeant et sortiantur effectum omnino permisisse, et sic a quibusvis molestacionibus, perturbacionibus, inquietacionibus et impedimentis per eos, et eorum quemlibet dictis Dominis instantibus contra formam, et tenorem dictarum preinsertarum literarum apostolicarum illatis, factis, et prestitis, ac inferri, fieri, et prestari comminatis, et inferendis cessasse, literis destitisse et abstinuisse, et presentibus nostris monitorialibus in omnibus et per omnia paruisse, deque paritione huiusmodi nos quanto citius certificasse; et insuper inhibeatis prout nos inhibemus per presentes dictis Reverendis Priori, Fratribus, et Conventui omnibusque alijs in exequutione presentium nominandis et cognominandis, ne visis et exequutis presentibus audeant seu presumant dictos Dominos instantes contra formam et tenorem dictarum literarum apostolicarum molestare, perturbare, inquietare et impedire, nec sese exequutioni dictarum literarum opponere, nec aliquid aliud in preiudicium dictorum Dominorum instantium et

presentium, dictarumque preinsertarum litirarum contemptum innovare, seu attentare, quod si secus factum fuerit id totum revocare, et in pristinum statum reducere curabimus, justitia mediante. Alioquin predictos sic monitos, requisitos et inhibitos, si in premissis sese fore gravatos senserint, peremptorie citare curetis, prout nos citamus eosdem, quatenus decimaquinta die post exequutionem presentium proxima si juridica fuerit, alioquin prima ex tunc futura die juridica compareat Romae in judicio legitime coram nobis causam eorum gravaminis allegaturi, aliasque dicturi, facturi et recepturi, quod justitia sua debit, et ordo dictaverit rationis, certificantes eosdem sic citatos quod sive in dicto citationis termino, ut premittitur, comparuerint, sive non, Nos nihilominus ad premissa omnia et ad incursus sententiarum, censurarum, et penarum predictarum declarationem, prout iuris fuerit, procedemus, eorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Quicquid autem in premissis feceritis nobis quanto citius fideliter intimare curetis. Absolutionem vero omnium et singulorum premissorum nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum fidem presentes fieri volumus per notarium nostrum infrascriptum subscribi, sigillique Reverendissimae Camerae Apostolicae, quo in talibus utimur, jussimus et fecimus appensione muniri. Datum Romae in edibns nostris, sub anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, inditione undecima, die vero secunda mensis octobris, Pontificatus autem Sanctissimi Domini Nostri, Domini Clementis, divina providentia Papae octavi, anno septimo. T. Lapius Vice Auditor. Franciscus Belgius Notarius.

Nel dorso della pergamena leggesi:

Presentatae Panormi XIIII Maij 1599. Excellentia Sua providet et mandat quod spectabilis Sicomus Fisci Patronus Regij Patrimoni referat.

Ihoannes Battista Russo
Segretarius.

Die 7 Augusti XII Inditionis 1599.

Facta relatione predicta, Sua Eccellentia providet et mandat, quod

Illustres Presidentes de Gambacurta et de Rao, et Consultor de Amescua et Spectabilis Vitus Sicomus Fisci Patronus Tribunalis Regij Patrimonj referant.

Sicomus Fisci Patronus.

Hospitaleri di Palermo.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XLIII. *

Roma 1600. Maggio 6. Ind. XIII.

Lettere Monitoriali del Protonotaro Apostolico Marcello Lantes, perchè i Rettori e l'Ospedaliere dell'Ospedale Nuovo di Palermo sien lasciati nel pacifico possesso dei Monasteri e delle Abbazie di S. Maria di Maniaci e S. Filippo di Fragalà, dell'ordine di S. Benedetto e S. Basilio nella Diocesi di Messina, non che nel dritto di collazione dei beneficii dipendenti, cioè: Chiesa di S. Caterina in Tortorici, Priorato di S. Maria del Brugnolito, Chiesa di S. Maria di Acquadolce, di S. Giacomo in S. Fratello, Chiesa di S. Maria del Soriano in S. Fratello e Chiesa di S. Basilio in Naso.

Marcellus Lantes, Prothonotarius Apostolicus Venerabilis Signoriae, Sanctissimi Domini Nostri Papae Referendarius, necnon Curiae Causarum Camerae Apostolicae Generalis Auditor, Romanaeque Curiae Iudex ordinarius, sententiarum quoque ac censurarum, tam in eadem Romana Curia quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcunque universalis et merus Exequutor, ad infrascripta ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter deputatus, universis et singulis dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis tam Cathedralium quam Collegiatarum, Ecclesiarum Canonicis, Parrochialiumque Rectoribus seu locatenentibus, eorumdemque Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis et non Curatis, Vicariis, Altaristis coeterisque Presbiteris, Clericis, Notariis

* La pergamena è alta cm. 21, larga cm. 34 1/2 e conservasi in buono stato. Il tipo della scrittura è simile a quello del precedente diploma.

Il suggello manca.

atque Tabellionibus publicis quibuscunque per Civitatem et diocesim Panormitanam, ac aliis ubilibet constitutis; illique vel illis ad quem vel ad quos presentes nostrae literae pervenerint seu presentabuntur, salutem in Domino, et nostris huiusmodi, imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis nuper et die infrascripta coram Nobis comparitum et expositum pro parte et ad instantiam Dominorum Rectorum et Hospitalarii Novi Hospitalis Sancti Spiritus in Civitate Panormitana, Clerici Hieronimi Refortii et Carboni presencialiter, quod alius Innocentius felicis recordii Papa. . . . . suprascripto Hospitali, in quo tunc maxima hospitalitas observabatur ad effectum ut illa in dies observari posset et in dies accresci, et alia pia charitatis opera continuo exerceri possent, de alicuius subventionis auxilio providere cupiens, Monasteria Beatae Mariae de Maniacis et Sancti Philippi Fragala, nec non Sancti Benedicti et Sancti Basilii Ordinis, Montis Regalis, Messanensis Diocesis, per resignationem quondam Roderici tunc Episcopi Portuensis, et Sanctae Romanae Ecclesiae Viceecancellarii, qui illa in Commendam obtinebat, apud Sedem Apostolicam eo tempore vacantia, cum iuribus, membris et pertinentiis suis universis perpetuo univit et incorporavit nec non Hospitalario et Rectoribus seu Gubernatoribus dicti Hospitalis, tunc et pro tempore existentibus, eorumdem Monasterium cum juribus et pertinentiis predictis corporalem et actualem possessionem propria authoritate apprehendendi et apprehensam semper et perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus et proventus exigendi, ac in Monasteriorum et Hospitalium praedictorum usum et utilitatem convertere, liberam facultatem concessit et alia prout in literis Apostolicis tunc desuper expeditis sub datam Romae apud Sanctum Petrum, anno ab Incarnatione 1491, octavo Idus Iulii, sui Pontificatus anno septimo, ad quas semper quando opus erit relatio habeatur. Et licet earumdem literarum vigore ab immemorabili tempore citra Hospitalarius et Rectores dicti Hospitalis, de preterito et qui sunt ad presens extiterint atque hodie extant in pacifica et quieta possessione dictorum Monasteriorum seu Abbatiarum nuncupatorum et etiam conferent quaecunque beneficia sub illorum jurisditione existenti, et presertim Ecclesiam Sanctae Catherinae in terra Tortoresi, item Ecclesiam seu Prioratum Sanctae Mariae dello Brugnolito, item Ecclesiam Sanctae Mariae de Acquadulci et Sancti Iacobi in terra Sancti Fratelli, item Ecclesiam Sanctae Mariae dello Soriano in territorio Sancti Fratelli, nec non Ecclesiam Sancti Basilii sitam in territorio Noti. Et propterea a quoquam desuper molestari, pertur-

bari, impediri nimine possent seu deberent; nihilominus nonnulli in exequutione presentium nominati et cognominati, nescitur quo jure ducti, praefatos Hospitalarium et Custodes de et super praemissis, et illorum occasione diversimode in partibus molestare, perturbare et impedire velle de facto et extra judicialiter sese jactarunt et jactant, et forsan agunt in eorumdem instantium et dicti Hospitalis juriumque suorum grave damnum, praeiudicium, jacturam et gravamen, contra mentem, tenorem, et continentiam earumdem literarum apostolicarum. Quare Nos super praemissis de opportuno iuris remedio requisiti, discritioni vestrae et vestrorum cuilibet in solidum, tenore praesentium committimus et in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus statim visis et receptis praesentibus, vel postquam vigore praesentium fueritis requisiti, vel alter vestrorum fuit requisitus ex parte nostra, imo verius apostolica auctoritate, moneatis et requiratis ac moniri et requiri faciatis, et mandetis primo, secundo, tertio et peremptoriae *(sic)* omnes et singulos dominos instantes, molestatores et perturbatores praefatos, exequutione presentis, quatenus infra sex dierum spatium a die exequutionis praesentium compareant, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro tertio et peremptorio termino assignamus, ac vos assignetis eisdem sub mille ducatorum auri Camerae locis piis arbitrio nostro applicandis, et pro illis nominati exequi et in juris subsidium excomunicationis aliisque ecclesiasticis censuris et poenis debeant, et quilibet ipsorum debeat ab omnibus et singulis molestationibus, jactationibus, perturbationibus et impedimentis prefatis Dominis jactatis de et super praemissis, et illorum occasione quomodolibet extra judicialiter et de facto contra mentem, formam et continentiam earumdem literarum apostolicarum illatis, prestitis et factis ac inferri comminatis, nec non inferendis et comminandis in futurum destitisse, cessasse et se abstinuisse, ac desisti, cessari et abstineri fecisse; imo praefatos Hospitalarium et Rectores dicti Hospitalis in dicta eorum pacifica et quieta possessione dictorum Monasteriorum et Abbatiarum cum juribus, membris et pertinentiis illarum universis, fructuumque, reddituum et proventuum ac aemolumentorum quorumcumque exactione, perceptione et recollectione, in qua existunt manutenisse, defendisse et conservasse, ac manuteneri, defendi et conservari vidisse omni meliori modo etc. praesentibusque nostris monitorialibus literis omnino obedisse et paruisse et de paritione huiusmodi, et quicquid in praemissis feceritis nobis quanto citius fideliter certiorasse. Alioquin si in praemissis sese fore

gravatos senserint, peremptorie citare curetis, prout Nos citamus eosdem, quatenus quadragesima die, si juridica fuerit, alioquin prima die juridica post praesentium exequutionem immediate sequenti, compareant Romae in judicio legitime coram Nobis, seu judice in civilibus locumtenente nostro per sese seu procuratorem vel procuratores suos idoneos, causam eorum gravaminis allegaturi aliaque dicturi, facturi, et responsuri quicquid justitia suadebit et ordo dictaverit rationis. Et insuper modo et forma praemissis inhibeatis eisdem et inhibendo expresse precipiatis et mandetis, prout Nos tenore praesentium precipimus et mandamus, omnibus et singulis Dominis Iudicibus et Commissariis ordinariis, extraordinariis, delegatis, et subdelegatis, quacunque auctoritate fungentibus et functuris, et presertim omminibus aliis et singulis in exequutione presentium nominandis et cognominandis, ne sub poenis et censuris antedictis audeant seu presumant, vel eorum quis audeat et presumat, eosdem exponentes alibi preterquam coram nobis de et super praemissis quomodolibet molestare, inquietare, perturbare, vexare et impediri, neque in judicium trahere et tractos prosequi: quod si secus factum fuerit id totum revocare et in pristinum statum reducere justitia mediante. Curabimus certificantes eosdem sic monitos quod sive in dicto citationis termino comparuerint, sive non, Nos nihilominus, seu locumtenens noster praefatus ad supradicta omnia et singula et alia graviora procedemus seu procedet, eorum contumacia vel absentia in aliquo non obstante. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui predictas nostras sententias, censuras et poenas incurrerint, Nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem ac praemissorum testimonium has presentes fieri et per infrascriptum nostrum notarium publicum subscribi, sigillique Reverendae Camerae Apostolicae, quo in talibus utimur, fecimus et jussimus appensione muniri. Datum Romae ex aedibus nostris sub anno a Nativitate Domini nostri Ihesu Christi millesimo sexcentesimo, Indictione decimatertia, die vero sexta mensis Maii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Clementis, divina providentia Papae octavi, anno eius nono.

Pro domino Antonio Mainardo notario, Cosmus Crevis Protonotarius.

J. Lapius locumtenens.

Sul ripiego della pergamena leggesi:

Monitorium cum inhibitione.

Nel dorso della pergamena leggesi:

Presentata Panormi 4 Aprilis 1601 Excellentiae Illustrissimi Domini Proregis, et mandat quod Spectabilis Regius Consiliarius Tribunalis Regii Patrimonii referat.

Franciscus Maria Bettem.

Item.--Die quarto Maii XIIII Inditionis 1601. Facta relatione predicta Sua Excellentia providet et mandat, quod Illustres Presidentes de Gambacurta et de Rao et Consultor de Amesina et Spectabilis de Sicomo Fisci Patronus Tribunalis Regii Patrimonii, referant.

Sicomus Fisci Patronus.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XLIV.*

1600. Dicembre 9. Ind. XIV.

Quietanze rilasciate dai Collegi della Corte Romana, Sollecitatori delle lettere apostoliche, Scrittori dell'Archivio della Romana Curia, Cubicularii e Scutiferi Apostolici, Porzionari, Militi di S. Pietro, Militi di S. Paolo, Notai della Camera Apostolica; a favore dei Rettori dell'Ospedale di Palermo per le diverse somme dovute come quindennio per l'unione all'Ospedale dei Monasteri di S. Maria di Maniaci e di S. Filippo di Fragalà.

Nos Collegium Sollicitatorum literarum apostolicarum fatemur recepisse ab Illustribus dominis Rectoribus Hospitalis Magni Panormitani et pro eis ab Illustri Collegio Dominorum Archivij Scriptorum, per manus tamen Magnifici Domini Gasparis Rivaldi, dicti Collegij Cappellani, et communium quindenniorum ac annatarum Generalis Subcollectoris, ab eodem Collegio specialiter deputati, ducatos sex auri, justos, de Camera, novos et julios tres Cancellerie bonos pro rata nobis tangenti ex communi quindennij unionis Monasterij Sancte Marie de Maniaci et Sancti Philippi de Fragalla, Sancti Benedicti vel alterius ordinis, Messanensis Diocesis, taxati ad florenos sive ducatos ducentum quinquaginta, scilicet incepti vigesima septima Iulij anni 1596; de quibus sic solutis eosdem Illustres Dominos Rectores quietamus. In quorum fidem presentes fieri et per Receptorem ac Cappellanum nostros infrascriptos subscribi

* La pergamena è alta cm. 33, larga cm. 23 e conservasi in ottimo stato; la scrittura è corsiva di tipo cancelleresco.

Vi è attaccato un suggello ma in pessimo stato da non permetterne lo studio.

fecimus. Datum Romae in Cancelleria Apostolica hac die nona mensis Decembris anni millesimi sexcentesimi.

Iacobus hic: Miletus
Eufronius de Epiphanijs Cappellanus.

Nos Collegium Scriptorum Archivij Romanae Curiae fatemur recepisse ab eisdem Illustribus Dominis Rectoribus Hospitalis Magni Panormitani, per manus ut supra, ducatos quindecim, scilicet pro rata nobis tangenti ex communi quindennio dictae unionis; de quibus sic solutis eosdem Illustres Dominos Rectores quietamus. In quorum fidem presentes, ut supra, subscribi, sigillique nostri fecimus appensione communiri die predicta.

Franciscus Cavalcanti.
Gaspar Rivaldus Cappellanus.

Nos Collegium Cubiculariorum et Scutiferorum apostolicorum fatemur recepisse ab eisdem Illustribus Dominis Rectoribus, per manus ut supra, ducatos viginti quinque scilicet, pro rata nobis tangenti ex communi quindennio dictae unionis, necnon pro minuto servictio et uno pro centenario ducatos duodecim et julios duos cum dimidio scilicet; de quibus sic solutis eosdem Illustres Dominos Rectores quietamus. In quorum fidem presentes, ut supra, subscribi fecimus die predicta.

R. Fabius.
P. Ennius Cappellanus.

Nos Collegium Partionariorum fatemur recepisse ab eisdem Illustribus Dominis Rectoribus per manus, ut supra, ducatos triginta septem et julios quinque, scilicet pro rata nobis tangenti ex communi quindennij dicte unionis; de quibus sic solutis eosdem Illustres Dominos Rectores quietamus. In quorum fidem presentes, ut supra, subscribi fecimus die predicta.

Petrus Falconerius.
Gregorius Epiphanius pro Cappellano.

Nos Collegium Militum Sancti Petri fatemur recepisse ab eisdem Illustribus Dominis Rectoribus, per manus ut supra, ducatos duo-

decim et lulios quinque, scilicet pro rata nobis tangenti ex communi quindennij dicte unionis; de quibus sic solutis eosdem Illustres Dominos Rectores quietamus. In quorum fidem presentes, ut supra, subscribi fecimus die predicta.

A. Basius.
P. Lacus pro Cappellano.

Nos Collegium Militum Sancti Pauli fatemur recepisse ab eisdem Illustribus Dominis Rectoribus, per manus ut supra, ducatos viginti quinque, scilicet pro rata nobis tangenti ex communi quindennij dicte unionis; de quibus sic solutis eosdem Illustres Dominos Rectores quietamus. In quorum fidem presentes, ut supra, subscribi fecimus die predicta.

A. Albertus.
P. Lacus pro Cappellano.

Nos Collegium Notariorum Camere Apostolice fatemur recepisse ab eisdem Illustribus Dominis Rectoribus, per manus ut supra, ducatos duos, scilicet pro rata nobis tangenti ex comuni quindennij dicte unionis; de quibus sic solutis eosdem Illustres Dominos Rectores quietamus. In quorum fidem presentes, ut supra, subscribi fecimus die predicta.

Franciscus Tinus.

Pro regalibus Cappellani julij sex, pro presenti quietantia julii sex.

Nel dorso della pergamena leggesi:

Predictas omnes pecuniarum summas recepi a Reverendis Dominis Don Paulo Pelicani, Archidiacono Panormitano, et Nicolao Scaglione, et in fidem etc.

G. Rivaldi, Generalis Subcollector.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serie.

XLV.*

1607. Maggio 28. Ind. V.

Lettere monitoriali di Pier Paolo Crescenzio, Protonotaro Apostolico ed Auditore Generale del Pontefice Paolo V, con le quali si ordina a tutte le Autorità civili ed ecclesiastiche, d'impedire ogni molestia contro gli Amministratori dell'Ospedale di S. Spirito di Palermo nel pacifico possesso dei beni proprî e di quelli dei Monasteri di S. Maria di Maniaci e di S. Filippo di Fragalà, ad esso spettanti.

Petrus Paulus Crescentius, Prothonotarius Apostolicus Sanctissimi Domini Nostri Pape, necnon Curiae Causarum Camerae Apostolicae Generalis Auditor Romanaeque Curiae Iudex ordinarius sententiarum quoque et censurarum, tam in eadem Romana Curia quam extra eam, latarum ac literarum, Apostolicarum quarumcumque universalis et merus Exequutor, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter deputatus. Universis et singulis dominis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Thesaurarijs, Sacristis, tam Cathedralium quam Collegiatarum, Canonicis, Parrochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, Presbiteris, Curatis et non Curatis, Clericis, Notarijs et Tabellionibus publicis quibuscumque, illique vel illis ad quem vel ad quos presentes nostrae literae pervenerint seu presentabuntur, salutem in Domino, et nostris huiusmodi imo verius

---

* La pergamena è alta cm. 21, larga cm. 31, con un ripiego alto cm. 4; è mancante in varii punti e presenta una scrittura di tipo simile alle precedenti segnate coi n. XLII e XLIII.

Vi è un suggello ma quasi distrutto.

apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis nuper pro parte et ad instantiam Dominorum Hospitalarij, Rectorum et Gubernatorum Magni Hospitalis Sancti Spiritus Panormitani principalium fuisse coram Nobis compositum et expositum, quod quum ipsi Domini Hospitalarius, Rectores et Gubernatores seculares pro tempore existentes extiterint et de presenti existant in pacifica et quieta possessione administrandi, gerendi et gubernandi, non solum dictum Hospitale illiusque bona, verum etiam Monasterium Beatae Mariae de Maniaci, Sancti Philippi, Sancti Benedicti et Sancti Blasij ordinum Montis Regalis, dicto Hospitali Sancti Spiritus unita, annexa et connexa eorumque et cuiuslibet ipsorum bona, juxta formam, facultatem et ordinationum bonae memoriae Raynutij dum vixit Presbiteri Cardinalis Sancti Angeli in actis suis et loco, tempore exhibendis et propterea ab aliquo molestari, vexari, perturbari et impediri non possint, neque de jure debeant super praemissis nihilominus nonnulli in exceptione presentium nominandi et cognominandi, nescitur quo jure suffulti, grave ratione ducti, eosdem dominos Hospitalerium, Rectores et Gubernatores seculares molestare, vexare, perturbare et impedire diversimode velle sese jactarunt et jactant, et forsan molestarunt et molestant in grave damnum et praeiudicium; quare de opportuno juris remedio requisiti, vobis omnibus et singulis supradictis, et vestrum cuilibet in solidum tenore presentium committimus et in virtute sanctae obedientiae stricte praecipiendo mandamus, quatenus statim, visis et receptis presentibus, et postquam presentium vigore fueritis requisiti, sive alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra, imo verius apostolica auctoritate moneatis et requiratis, prout nos requirimus et monemus omnes et singulos in exequutione presentium nominandos et cognominandos, quatenus infra sex dierum spatium a die exequutionis presentium computandorum, quorum duos dies pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies pro tertio ultimo et peremptorio termino, ac canonica monitione assignamus et Vos eisdem assignetis sub quingentorum ducatorum auri Camerae Apostolicae applicanda pro illis mandati executivi in juris subsidium excomunicationis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis debeant et quilibet eorum debeat ab omnibus et quibuscumque jactationibus, vexationibus, perturbationibus et impedimentis praedictis Dominis Instantibus super praemissis ac praemissorum causa et occasione, vel alias quomodolibet non tamen judicialiter illatis, prestitis et factis, ac inferri cominatis inferendisque et comminandis in futurum penitus et omnino destitisse, cessasse, ac se

abstinuisse cessarique, desisti et abstineri fecisse, nullumque damnum nullamque molestiam dedisse nec intulisse, ipsosque instantes in eius pacifica ac quieta possessione, in qua, ut praefertur, existunt, manutenuisse, defendisse et conservasse, manutenerique, defendi et conservari fecisse, mandatumque de manutenendo, defendendo et conservando, et aliud in praemissis desuper necessarium et opportunum decerni, concedi et relaxari vidisse, omnesque expensas et interesse praemissorum causa et occasione passa, facta et incursa et in futurum facienda, patienda et incurrenda et per Nos liquidanda refecisse, presentibus nostris literis monitorialibus immo verius apostolicis, et si quid ab eisdem dominis instantibus praetendunt id totum coram Nobis, et in actis nostri infrascripti notarij, et non alibi deduxisse; certificantes praefatos sic monitos si in praemissis se fore gravatos senserint peremptorie citatis et citare curetis, prout citamus et citari mandamus omnes et singulos supradictos in exequutione presentium nominandos et cognominandos, quatenus octava die juridica ab exequutione presentium computanda, si dies ipsa juridica fuerit, alioquin prima die juridica ex tunc proxime futura compareant Romae in judicio legitime coram Nobis sive apud Matheo Buratto, nostro in civilibus causis locumtenente, causam eorum gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, facturi, et per Nos recepturi, prout justitia suadebit et ordo dictaverit rationis, certificantes eosdem sic monitos quod sive in dicto citationis termino comparuerint, sive non, Nos nihilominus vel locumtenens noster praedictus ad praedicta omnia, et ad alia juris et facti remedia opportuna procedemus sive procedet justitia mediante, eorumdem citatorum contumacia, vel ab urbe absentia in aliquo non obstante. Et insuper modo et forma praemissis inhibeatis et inhibendo expresse praecipimus et mandamus omnibus et quibuscumque Dominis Gubernatoribus, Iudicibus, Locumtenentibus, Potestatibus, Vicarijs et Commissarijs, tam ordinarijs quam exstraordinariis, quacumque auctoritate fungentibus et functuris, omnibusque et singulis in exequutione presentium nominandis et cognominandis, ne visis et receptis presentibus sub iam dictis ecclesiasticis sententijs, censuris et penis audeant, sive praesumant, aut eorum aliquis audeat sive praesumat, eosdem Dominos instantes in et super praemissis molestare, vexare, impedire, perturbare, inquietare, aut in judicium trahere quovis praetextu, quesito, colore, causa vel ingenio, quod si secus factum fuerit id totum revocare et in pristinum statum reducere curabimus justitia mediante. Absolutionem vero omnium et singulorum praemissorum Nobis vel superiori no-

stro tantummodo reservamus. In quorum fidem etc. Datum Romae ex aedibus nostris anno Domini millesimo sexcentesimo septimo, indictione quinta, die vero vigesima octava mensis Maij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Pauli, divina providentia Papae quinti, anno eius tertio.

, Ordinarius Cancellarius Curiae causarum Camerae Apostolicae Notarius.

Matheus Buractus Locumtenens.

Monitorium cum inhibitione.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XLVI. *

Roma presso S. Marco 1617. Luglio 1.

Papa Paolo V ratifica il contratto di gabella, stipolato fra i Rettori dell'Ospedale Maggiore di Palermo e Sebastiano, Marco ed Arcangelo de Martoglis, di tutti gli stati e terra di Bronte, spettanti alle Abazie di S. Maria di Maniace e S. Filippo di Fragalà, per la rendita di novemila e cinquecento scudi siciliani.

Paulus Episcopus, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

De solita Sedis Apostolice benignitate votis illis gratum prestamus assensum, per que Hospitalium aliorumque piorum locorum quorumlibet comoditatibus valeat salubriter provideri. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Rectorum et Administratorum, seu Officialium et Deputatorum Hospitalis Majoris nuncupati Panormitani, et illius novi edificii, ac Sebastiani necnon Marci et Arcangeli de Martoglis, [1] clericorum [2] seu [3] laicorum illarum partium, petitio continebat: quod alias [4] Rectores et Administratores. seu Officiales ac Deputati predicti, omnia et singula status et terre Bronti Abbatie Sancte Marie de Maniachi et Sancti Philippi Fragala, locorum Panormitane, [5] seu alterius Diocesis, bona immobilia, domos, feudos, territoria, pertinentias, aliaque jura et emolumenta quecumque ad ipsum Hospitale legitime [6] spectantia et pertinentia, eisdem Sebastiano et Marco ac Arcangelo, sub annuo canone seu annua responsione novem millium et quingentorum scutorum mo-

---

* La pergamena è alta cm. 32, larga cm. 52, con un ripiego alto cm. 6. Si conserva in ottimo stato. Il nome del pontefice è scritto con lettere ricche di ornati, e dello stesso tipo è il primo rigo. La scrittura è gotica di buona forma.

nete earumdem partium, ad sexennium ex tunc proximum, et a mense septembris proxime preterito incipiendum,[7] de triennio ad triennum renovandum, cum quod ipsi afflictuarii bona et territoria hujusmodi meliorare et bonificare tenerentur; ac sub nonnullis aliis pactis et conditionibus licitis tamen et honestis, dictoque Hospitali utilibus, sub nostro et Sedis predicte beneplacito, locarunt et concesserunt prout in publico seu publicis instrumento seu scripturis, desuper forsan confectis, dicitur contineri. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, Rectores seu Administratores aut Officiales et Deputati, ac Sebastianus necnon Marcus et Archangelus predicti, cupiant locationem et concessionem hujusmodi pro illarum firmiori subsistentia Apostolico munimine roborari: pro parte eorumdem Rectorum et Administratorum seu Officialium et Deputatorum, ac Sebastiani necnon Marci et Archangeli predictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur Sebastianum et Marcum ac Arcangelum predictos, ac eorum et Hospitalis hujusmodi singulares personas, a quibusvis excomunicationis,[8] suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt,[9] ad effectum presentium duntaxat consequendum,[10] harum serie absolventes et absolutos fore censentes, necnon bonorum et domorum aliorumque supradictorum situationes, confines, vocabula et denominationes, qualitatesque et quantitates, ac veros[11] et annuos valores, necnon instrumenti seu scripturarum hujusmodi tenores, presentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, locationem et concessionem predictas dummodo justo pretio et non anticipatis solutionibus facte fuerint, Apostolica auctoritate tenore presentium approbamus et confirmamus, omnesque et singulos tam juri quam facti defectus, si[12] qui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus; decernentes locationem et concessionem hujusmodi ad dictum sexennium validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos nunc quomodolibet spectat et pertinet, ac pro tempore spectabit et pertinebit, firmiter et inviolabiliter observari et adimpleri debere; sicque per quoscumque judices et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam[13] causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et diffiniri debere irritum quoque et inane quicquid secus super his a quo-

cumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus felicis recordationis Pii Pape II, et Pauli etiam II, ac Pauli IV, necnon Pii V, aliorumque Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum similes locationes ultra triennum fieri prohibentibus, ac de rebus ecclesiasticis non alienandis, necnon pie memorie Alexandri Pape VI, etiam predecessoris nostri, quod tempus locationis a die date concessionis gratie hujusmodi non autem [14] alio posteriori tempore computari debeat disponentibus, ac quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis; necnon dicti Hospitalis juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod finito, vel deficiente sexennio, omnia et singula bona sub locatione hujusmodi comprehensa, hujusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, necnon quibusvis melioramentis desuper pro tempore quomodolibet factis, ad predictum Hospitale pleno jure ac omnino [15] libere revertantur, illique cedant absque eo quod renovatio locationis hujusmodi a quocumque [16] quovis pretextu vel causa peti aut pretendi possit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, approbationis, confirmationis, supplementi decreti et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, eius se noverit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum Marcum. Anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo decimo septimo, kalendas Iulii. Pontificatus nostri anno sexto.

Nel dorso della pergamena leggesi: — 1617. — N. 53.

Bulla Pauli Papae V pro confirmatione concessionis bonorum Monasterii Sancti Philippi Fragalatis et Sanctae Mariae Maniacis.

Lacune e varianti che si riscontrano nel Ms. del Serio conservato nella Biblioteca del Comune.

1 Martoglia. — 2 *Manca.* — 3 *Manca.* — 4 Cum. — 5 Panormitanorum, — 6 Legitimi. — 7 Incipiendo. — 8 Penis. — 9 Existant. — 10 Conservandum. — 11 Terre. — 12 *Manca.* — 13 Et. — 14 Aut. — 15 Omnia. — 16 Quoquadam.

XLVII. *

Roma 1620. Maggio 14. Ind. II.

Lettere monitoriali di Gian Domenico Spinola, Protonotaro Apostolico e Referendario del Papa, perchè non sia molestato il Chierico palermitano Francesco Vassallo nel possesso del beneficio della Chiesa di S. Maria del Brugnolito, dipendente dal Monastero di S. Maria di Maniaci.

Iohannes Dominicus Spinula, Prothonotarius Apostolicus, Sanctissimi Domini Nostri Papae Referendarius, necnon Curiae Causarum Camerae Apostolice Generalis Auditor, Romanaeque Curiae Iudex Ordinarius, sententiarum quoque ac censurarum tam in eadem RomanaCuria, quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcumque universalis et merus Exequutor, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter electus et deputatus. Illustrissimo et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Messanensi, ac universis et singulis Reverendis Dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis, Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, Curatis et non Curatis, caeterisque Presbiteris, Clericis, Notarijs, et Tabellionibus quibuscumque, illique vel illis, ad quem vel ad quos presentes nostrae literae pervenerint. seu alias quomodolibet presentaubuntur, salutem in Domino, et nostris huiusmodi imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis qualiter pro parte et ad instantiam Illustrium Dominorum Rectorum et Hospitalerij Venerabilis Hospitalis Novi urbis Panormitanae, et Francisci

* La pergamena è alta cm. 20 1/2, larga cm. 32; conservasi in buono stato e presenta una scrittura simile a quella dei diplomi precedenti segnati coi numeri XLII, XLIII, XLIV e XLV.

Vassallo clerici Panormitani pro omni suo jure et interesse illis adherentis, fuit coram nobis comparitum et exhibitae literae Apostolicae sub plumbo et alias, ut moris est, legitime expedite sub data Romae apud Sanctum Petrum, anno 1491, octavo idus julij, tenoris infrascripti videlicet. Innocentius Episcopus, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regimini universalis Ecclesiae, disponente Domino, presidentes, pro Hospitalium et aliorum priorum *(sic)* locorum quorumlibet, in quibus hospitalitatis et alia pia charitatis opera continue exercentur, ac pauperes et aliae miserabiles personae ad illa declinantes recipiuntur et benigne tractantur, statu salubriter dirigendo, prout ex debito nobis iniuncti pastoralis tenemur officij, solitae considerationis intuitum extendimus, et ad ea per que Hospitalium et locorum eorumdem necessitatibus subvenire, ac debita hospitalitas observari possit, libenter adhibemus sollicitudinis nostrae partes Sanctae Beatae Mariae de Maniache et Sancti Philippi Fragalà Monasterij, Sancti Benedicti et Sancti Basilij ordinum, Montis Regalis et Messanensis Diocesis, quae semper Venerabilis Frater noster Rodoricus, Episcopus Portuensis, Sacrae Romanae Ecclesiae Vice Cancellarius, ex concessione et dispensatione Apostolica in commendam obtinebat; commendam hujusmodi ex eo quod idem Episcopus hodie illas in manibus nostris sponte et libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, cessante adhuc eo quo dum eidem Episcopo commendata fuerint, vacabant, modo vacantibus. Nos vero ultime dictorum Monasteriorum vacationis modum, etiam ex illo quaevis generalis riservatio etiam in corpore iuris clausa risultet, presentibus pro expresso habentes, ac volentes Hospitali Novo pauperum Sancti Spiritus Panormitani, in quo, ut eccipimus, maxima hospitalitas continue observatur, ut in illo melius in dies observari, et alia pia charitatis opera inibi exerceri valeat de alicuius subventionis auxilio providere, illisque necessitatibus, quae magnae sunt, subvenire; post deliberationem, quam semper super hijs cum fratribus nostris habuimus diligentem Monasteria predicta cum omnibus juribus et pertinentijs suis, eidem Hospitali auctoritate Apostolica, tenore presentium, de fratrum praedictorum consilio perpetuo unimus, anneximus et incorporamus. Itaque liceat dilectis filijs Hospitalerio, Rectoribus et Gubernatoribus dicti Hospitalis tunc et pro tempore existentibus, per se vel alium seu alios corporalem Monasteriorum iuriumque pertinentiarum predictarum et bonorum illorum possessionem propria auctoritate libere appraehendere, ac perpetuo retinere illorumque fructus, redditus et pro-

ventus Monasteriorum et Hospitalium predictorum in usus, utilitatemque convertere Diocesanorum locorum, et cuiuslibet alterius, licentia super hoc minime requisita, non obstantibus Costitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et statutis et consuetudinibus Monasteriorum, et ordinum predictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac quibuslibet privilegijs, indulgentiis, et literis Apostolicis generalibus et specialibus, quorumcumque tenorum existant, per que, presentibus non expressa, vel totaliter non incerta effectum eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, et a quibuscumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem, ac prefata auctoritate decernimus, quod pro divini cultus in dictis Monasterijs augumento et conservatione, Hospitalarius, Rectores et Gubernatores prefati in quolibet Monasteriorum ad minus quatuor monachos ordinum eorumdem bonae et honestae et exemplaris vitae, qui per priorem annualem per monachos ipsos eligendum, seu de novo ad eorum nutum confirmandum, alias iuxta, laudabilia instituta et ordinationes ordinum predictorum regantur et gubernentur, continue habere et retinere, ac ipsis de vita et vestitu, et aliis necessarijs decenter et honeste providere, prout etiam prefati Hospitalarius, Rectores et Gubernatores ad id se sponte obtulerunt et obligaverunt omnino teneantur. Ac propter unionem, annexionem et incorporationem predictas, dicta Monasteria alias in spiritualibus non laedantur, et in temporalibus detrimenta non substineant, sed alia horum congrue supportent onera consueta. Alioquin unio, annexio et incorporatio predictae dissolutae sint, dictaque Monasteria in pristinum statum revertantur, et per dissolutionem hujusmodi vacare censeantur eo ipso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre unionis, annexionis, et incorporationis, voluntatis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae 1481 *(sic)* octavo idus julij, Pontificatus nostri anno septimo. Loco † Plumbi. Postquam quidem praeinsertarum literarum Apostolicarum exhibitionem, debite et stanter requisiti pro parte Dominorum Rectorum, Hospitalerij, et Illustris Francisci Vassallo illis adhaerentis supranominatorum; tenore presentium vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet in solidum committimus, et in virtute sancte obedientiae stricte precipiendo mandamus, quatenus statim visis et

receptis presentibus, et postquam vigore presentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra, imo verius Apostolica auctoritate moneatis et requiratis, primo, secundo et tertio, et peremptorie, prout nos requirimus et monemus Clericum Iulianum Bonaiutum Militellum de Valle Demonis Messanensis Diocesis, ad cujus instantiam fuerunt emanatae assertae Bullae Apostolicae de beneficio predicto Sancte Mariae de lo Brugnolito, datae 14 Kalendas Martij 1618 apud S. Mariam Maiorem, ex adverso principalem, omnesque alios et singulos in exequutione presentium nominandos et cognominandos, ad quos illarum paritionem et exequutionem spectat et pertinet, eisque praecipiatis et mandetis, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies pro ultimo et peremptorio termino assignamus, et assignetis sub quingentorum ducatorum auri in auro Camerae Apostolicae applicandorum, et pro illis mandati exequutivi, et in iuris subsidium excomunicationis, alijsque ecclesiasticis sententiis, censuris, et in praeinsertis literis Apostolicis contentis poenis debeant et quilibet ipsorum debeat preinsertas literas apostolicas, ac omnia et singula in eis contenta et expressa observasse et adimplevisse, ac debitae exequutioni demandasse, illisque et presentibus nostris literis in omnibus et per omnia paruisse et obedivisse, et ab omnibus et singulis molestationibus, iactationibus, vexationibus, perturbationibus et impedimentis dictis Dominis instantibus, et aliis ab eis causam habentibus, in et super observatione et exequutione praeinsertarum literarum apostolicarum, et eorum pacifica et quieta possessione Ecclesiae Sanctae Mariae nuncupatae del Brugnolito, annexae Abbatiae Sanctae Mariae de Maniacis, et illi annexos, in qua vigore preinsertarum literarum extiterunt et de presenti existunt, prout in actis et processu causae et causarum hujusmodi, si et quando opus fuerit dimonstrabitur et verificabitur, quomodolibet illatis et prestitis, ac fieri et inferri cominatis, dandisque et inferendis in futurum realiter, et cum effectu destitisse, cessasse et abstinuisse, ac desisti, cessari et abstineri fecisse et mandasse, nullumque impedimentum sive molestiam de caetero quoquomodo prestitisse et intulisse. Quia imo dictos Dominos Rectores et Hospitalerium et Franciscum Vassallum instantes preinsertis literis Apostolicis uti, frui et potiri fecisse et mandasse et in dicta eorum pacifica et quieta possessione dictae Ecclesiae, illiusque bonorum et fructuum perceptione manutenuisse, defendisse et conservasse, ac defendi, conservari et manuteneri fecisse et mandasse; et si in aliquo con-

tra dictam ecclesiam seu beneficium fuerit processum, omnia ad pristinum reducatis et reduci faccatis, et pro premissis mandatum quodcumque de manutenendo, et aliud super opportunum decerni et relaxari, et ad alia remedia magis favorabilia necessaria et opportuna deveniri omne ius omnemque actionem in premissis deduci officium judicis et beneficium iuris implorari, et alia quae desuper expedire videbuntur non solum premisso, sed et omni alio meliori modo et fieri, etc. exerceri, iusque et iustitiam sibi ministrari vidisse et audivisse. Et insuper modo et forma premissis inhibeatis et inhibendo expresse praecipiatis et mandetis, prout nos inhibemus, praecipimus et mandamus eisdem et eorum cuilibet in solidum, ac omnibus et singulis Dominis Iudicibus, Commissarijs ordinarijs et extraordinarijs, et quacumque auctoritate et dignitate fungentibus et functuris, tam ecclesiasticis quam secularibus, illisque et ad quos presentes nostrae literae pervenerint seu presentabuntur, ne sub eisdem censuris et poenis audeant seu presumant, aut aliquis ipsorum audeat seu presumat eosdem Dominos instantes et eorum quemlibet in et super premissis molestare, vexare, perturbare, inquietare, et impedire, nec quiquid aliud in partibus nec alibi attentare, seu innovare, aut attentari et innovari facere seu permittere quovis pretextu, quesito, colore, causa, vet ingenio, nec in iudicium trahere, nisi coram nobis, vel nostro in civilibus locnmtenente, quod si secus factum fuerit, id totum revocabimus, et in pristinum statum reducere curabimus iustitia mediante. Alioquin prenominatos sic monitos sic in premissis se fore gravatos senserint, eosdem peremptorie citare curetis, prout nos citamus, quatenus vigesima die proxima futura iuridica post praesentium presentationem computanda compareat Romae in iudicio coram nobis, vel nostro in civilibus locumtenente, causam eorum gravaminis allegaturi, dicturi, facturi et obstenturi, prout iustitia suadebit et ordo dictaverit rationis. Certificantes eosdem quod sive in dicto citationis termino, sive non comparuerint, Nos nihilominus ad huiusmodi causae expeditionem et ad omnes alios et singulos terminos iudiciales usque ad sententiam diffinitivam procedemus seu procedet iustitia mediante, contumacia vel absentia in aliquo non obstante. In quorum omnium et singulorum fidem has presentes fieri et per infrascriptum nostrum Notarium subscribi sigillique nostri, quo in talibus utimur, iussimus et fecimus appensione muniri. Datum Romae ex edibus nostris, anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo, Inditione 3ª, die vero decima quarta Maij, Pontificatus nostri Sanctissimi Domini No-

stri Domini Pauli, divina providentia Papae quinti, anno eius decimosexto.

Antonius Columna Curiae Causarum Camerae Apostolicae Prothonotarius.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

XLVIII. *

Roma 1620. Novembre 10. Ind. III.

Gian Domenico Spinola, Protonotaro Apostolico, scrive all'Arcivescovo di Messina, onde non sia molestato il Chierico Giuliano Bonajuto di Val Demone della Diocesi di Messina, nel possesso del beneficio di S. Maria del Brugnolito, annesso all'Abbazia di S. Maria di Maniaci, per la lite insorta fra il detto Bonajuto da una parte ed i Rettori dell'Ospedale Nuovo di Palermo insieme al Chierico palermitano Francesco Vassallo dall'altra.

Iohannes Dominicus Spinula, Prothonotarius Apostolicus Sanctissimi Domini Nostri Papae, Referendarius, nec non Curiae Causarum Camerae Apostolicae Generalis Auditor, Romanaeque Curiae Iudex Ordinarius, sentenciarum quoque ac censurarum tam in eadem Romana Curia quam extra eam latarum et literarum apostolicarum quarumcumque universalis et merus Exequutor, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter electus et deputatus. Illustrissimo et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Messanensi ac universis et singulis Reverendis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Sacristis, Rectoribus, Plebanis, Vice Plebanis, Curatis et non Curatis ceterisque Presbiteris, Clericis, Notariis et Tabellionibus quibuscumque, illique vel illis, ad quem vel ad quos presentes nostrae literae inhibitoriales pervenerint seu alias quomodolibet pre-

---

* La pergamena è alta cm. 24, larga cm. 20. Conservasi in ottimo stato e presenta una scrittura simile a quella del diploma precedente. Vi è attaccato un suggello; ma in uno stato tale da non potersi rilevare.

sentabuntur salutem in Domino, et nostris huiusmodi imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noveritis qualiter introductae coram nobis lites et causae inter Dominos Rectores et Hospitalerium Venerabilis Hospitalis Novi urbis Panormi et Franciscum Vassallum Clericum Panormitanum pro omni suo iure et interesse illis adherentem ex una, et Clericum Iulianum Bonaiutum Metillum de Valle Demonis messanensis Diocesis, super manutentione possessionis Ecclesiae Sanctae Mariae nuncupatae del Brugnolito, annexae Abbatiae Sanctae Mariae de Maniacis, nominibusque aliis in curis et processu causae et causarum huiusmodi latius deductis ex illarum occasione Reum Conventum, partibus ex altera. In quaquidem lite et causa sic coram nobis introducta ad nonnullos actus citra tamen causae expeditionem deventum extitit et licet lite et causa huiusmodi sic coram nobis introducta et indecisa pendent, nihil sit in partibus attentandum et innovandum. Propterea ad ulteriorem instantiam et requisitionem dictorum Rectorum, Hospitalariorum et Francisci Vassalli presentium, de opportuno iuris remedio requisiti, tenore presentium vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet in solidum committimus, et in virtute Sanctae obedientiae stricte praecipiendo mandamus, quatenus statim visis et receptis praesentibus, et postquam vigore presentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra imo verius apostolica auctoritate, inhibeatis et inhibendo expresse praecipiatis et mandatis, prout nos inhibimus, praecipimus et mandamus Domino Reverendo Vicario Generali Messanensi et omnibus et quibuscumque Iudicibus de presentibus dictoque Clerico Iuliano Bonaiuto omnibusque aliis et singulis in exequtione presentium nominandis et cognominandis, Barcellis quoque Exequutoribus, Subexequutoribus ceterisque Iustitiae Ministris, illique vel illis, ad quem seu ad quos presentes literae pervenerint, ne sub quingentorum ducatorum auri Camerae Apostolicae applicacione et pro illis mandati exequtivi et in iuris subsidium excomunicationis aliisque ecclesiasticis sentenciis, censuris et poenis dicta lite et causa sic coram Nobis introducta et indecisa pendente audeant seu praesumant, aut aliquis ipsorum audeat seu praesumat, dictos Rectores et Hospitalarium et D. Franciscum Vassallo instantes molestare, vexare, perturbare, inquietare, aut molestari, vexari perturbari et molestari facere nec permittere in eorum quieta et pacifica possessione minusque alibi, quam coram Nobis in iudicium traere, seu tracti et capti ad ulteriora providere, nec quicquam aliud in dictorum instantium dictaeque litis pendentiae ac jurisdictionis

nostrae imo verius Apostolicae Sedis vilipendium et contemptum attentare et innovare, seu attentari et innovari facere nec permittere per sese vel aliud seu alios quovis praetextu, quaesito, colore, causa vel ingenio; quod si secus factum fuit, id totum revocabimus, et in pristinum statum reducere curabimus iustitia mediante; absolutionem vero omnium et singulorum vobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem has praesentes fieri et per infrascriptum magistrum notarium subscribi, sigillique nostri, quo in talibus utimur, jussimus et fecimus appensione muniri. Datum Romae ex edibus nostris, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo, indictione tertia, die vero decimo Novembris, Pontificatus autem Sanctissimi Domini Nostri Domini Pauli Papae quinti, anno eius decimosexto.

Antonius Columna, Curiae Causarum Camerae Apostolicae Prothonotarius.

Di questo Diploma manca l'apografo del Serio.

LESSICO

DELLE

PAROLE BARBARE LATINE

CHE RICORRONO NEI DIPLOMI

E DELLE SPIEGAZIONI OPPORTUNE

PER L'INTERPRETAZIONE DEL TESTO

A

Abbas — Praefectus Monasterii, qua notione vox notissima (Du Cange).

Abscentia — Pro absentia.

Ad discursum plus offerenti et ultimo emptori — Discursus, Sermocinatio, Verbositas. (D.C.) — Qui tutta la frase ha il noto senso della formola : « Al calore dell' asta (si vendono ecc.) ed al miglior offerente ecc.

Adito — Pro addito.

Affictuarius — Affictarius, Affictuarius, Conductor, Locator, qui ad affictum tenet. (D.C.)

Agustari — Augustalis, Augustarius, Agostaro. Nummus aureus imperatorum Occidentis, dictus quasi *moneta Augusti*, a Friderico II primum cusus. (D.C.).

L' augustale valeva in Sicilia tarì 7, 10, cioè la quarta parte di un'oncia. Nella Cronaca di Riccardo da San Germano leggiamo sul proposito. Ann. 1231 : « *Nummi aurei, qui Augustales vocantur, de mandato Imperatoris in utraque Sicilia, Brundusii et Messanae cuduntur*. Et infra : *Mense Iunio quidam Thomas de Pando novam monetam auri, quae Augustalis dicitur, ad S. Germanum detulit distribuendam per*

totam Abbatiam,... ut ipsa moneta utantur homines in emptionibus et venditionibus suis, juxta valorem ei ab Imperiali providentia costitutum, ut quilibet nummus aureus recipiatur et expendatur pro quarta uncia.

Rispetto alla forma della moneta leggesi in Ricordano Malaspina cap. 130 de Augustariis a Friderico cusis : *Et era dall'uno lato della stampa impronto il volto dello Imperadore a modo dei Cesari antichi, et dall'altro lato una aquila, ed era grossa di charati venti.*

Vedi Costit. Sic. lib. I, tit. 21, 22, 28, 32, 41, 89, § 4, tit. 96, § 6, tit. 100, lib. II, tit. 3, 13, 15, 16, lib. III, tit. 35.

Aju inclinatu li aurichi — Ho inchinato — ho prestato benigne le orecchie.

Alcunu parissi hi turbassi — Alcun si mostrasse — venisse fuori a turbare.

A li terrii di nostra signuria — Nei terreni — o territorii — di nostro dominio.

Amistati — Amistade — per amore — servitù.

Ammissina — Pro a Missina — Nella città di Messina.

Anno — Pro annuo.

Anulus — (per nostrum anulum). V. Fustem.

Appartinivili — Che appartengono — Appartenenti.

Appi et cessi viventi unu monachu Callistu — Ebbe e diede vivente un monaco per nome Callisto.

Arbores domestici — Alberi innestati.

Archidiaconus — Primus inter Diaconos, qui caeteris Diaconis praeest. Ad Archidiaconum spectabat Ecclesiastici Thesauri custodia, illiusque dispensatio, ut et caeteros Ecclesiae Diaconos. (D.C.)

Archipresbiter — Archipresbyteri dignitas alia fuit prioribus saeculis, alia posterioribus. Olim quippe Archipresbyteri dicti, qui in Ecclesia Cathedrali Episcopi quodammodo Vicarii erant. Archipresbyter Princeps Presbyterorum, vel qui supra Clericos in aliqua Ecclesia habet aliquam jurisdictionem ecclesiasticam secundum consuetudinem loci; hodie *Decani* dicti, vel *Decani rurales*, Archidiaconis subjecti. (D.C.)

Arreservari et fermari — Riserbare e confermare.

Arricapu — Parola che si conserva nel linguaggio del popolo più basso — Nuovamente.

Ascricius — V. Ascripticius.

Ascripticius — Ascriptitii, dicti Coloni, Agricolae, Villani, qui

aliunde orti, in aliorum dominorum villas et praedia pergunt, ibique eorumdem licentia sedes suas figunt, et sub annui census conditione in coeterorum subditorum transeunt statum, et in album (*plateam*) ascribuntur...... et pro servis glebae habentur.

Ascriptitium vere liberum esse, licet quibusdam servitiis sit astrictus. (D. C.) (Questa definizione è la più conforme alle nostre Costituzioni, e perciò al senso in cui la parola è usata nei nostri Diplomi).

Assai specialimenti — Con molta efficacia — assai profittevolmente.

Assantitati — Pro A Santitati. Che è venuto in onore di santo.

Astimatu — Valutato.

Attentamenti stendiri quistu in bonu esseri — Scrupolosamente tradurre in buona pratica questo sistema.

Attirrirrà — Incorrerà nella nostra ira.

Atzohi aja — Acciocchè abbia

Auctorizare — *Auctorisare* — auctoritare — confirmare, probare, convincere, roborare. *Affirmare* seu potius *confirmare* (D. C.)

Audacia di paxiri —Franchezza, diritto, facoltà, libertà di pascere.

Auditor Palatii Apostolici — *Auditor*, Iudex — *Auditores*, Inquisitores, qui de rebus controversis a judicibus delegabantur ad earum veritatem detegendam, adhibitis *auditisque* testibus (unde *Auditores* dicti, et de iis ad ipsos judices, quorum judiciis intererant, referebant).

Auditores Sacri Palatii, altero nomine dicuntur Capellani Papae, quod iis Sacri Palatii Iudicibus successerint, qui jus dicebant, in Capella Pontificia. (D. C.)

Augmentare — Possessiones augere — amplificare. (D. C.)

Autorizare — V. Auctorizare.

B

Baglii — Baili — uffiziali del Fisco. Questo titolo fu poscia esteso ai Giustizieri di alcune città, tra cui Palermo. (V. Villabianca.)

Bajulus — V. Baglii. — Bajulus, vel Baillivus, Italis *Balio* Magistratus, qui vice Legati ordinarii Venetorum fungebatur

Constantinopoli, dum Imperatores Graeci ea in urbe imperarent, seu potius *Mercatorum Praetor*; ex gr. Παιοῦλος. (D.C.)

Il Gregorio vuole che i Bajuli fossero stati sostituiti agli antichi Vicecomiti, trovati dai Normanni nell'Isola, con gli Stratigoti, come magistrati locali, cominciando a comparire dal Re Ruggiero in poi, dopo la riforma da lui introdotta nel sistema degli ufficii.

Era d'ordinario il Bajulo posto in ciascun luogo, ed esercitava un doppio incarico; amministrava la rendita pubblica, esigendola dalle dogane, dalle gabelle, dai dazii e da ogni altro fondo fiscale, inclusi i beni delle chiese vacanti; d'onde la *università* dei dritti amministrati dal Bajulo fu chiamata *Bajulazione*, *Bajulato* e più volgarmente *Baglia*. Oltracciò, come magistrati, conoscevano di tutte le cause civili, sì reali che personali, eccetto le feudali; e dei piccoli furti e delitti, per cui non poteva essere imposta alcuna pena corporale; potendo carcerare i rei, con l'obbligo di rimetterli poi ai giustizieri; esigevano ancora le multe, e riceveansi i tesori ritrovati, che doveano indi trasmettere alla R. Corte. V. Gregorio. *Cons. sopra la Storia di Sicilia.* Vol. I, Cap. 2,° pag. 306 e seg.

Bennificare — Pro *Bonificare*, Benefacere, melius reddere, restaurare, augere.

Bladi — Vocaboli etymon hauriunt Spelmannus et Somnerus a Saxonico *blada* seu *blaeda*, quod omnem fructum significat, etiam arborum et vitis. Quo sensu *biade* Hetruscis dicuntur quaevis legumina, segetes, frugesque omnes, tritico excepto. It. Biada. (D. C.)

Blanduni — Cero, Torchio, Torcia, Doppiere. Voce tuttavia conservata nel nostro vernacolo.

Bonificare — V. Bennificare.

Bullatu di oru — Bollato — *Bullare* — Bullam seu sigillum literis, epistolae aut diplomati apponere. (D.C.) Munito di bollo di oro.

Burgensatica — Praedia, quae ex Burgensibus possideri poterant. (D. C.) *Burgenses*, Municipes, burgorum seu villarum clausarum incolae, vel qui tenementa in iis possident, et ratione eorum *Burgagium* domino burgi pensitant.

C

Calupnians — Pro calumnians.

Cambium — Permutatio — Cambio.

Campana — *Campanum*, Tintinnabulum aereum, quo Occidentales Latini utuntur ad populum in Ecclesiam convocandum.

Campana proprie est illa, quae in turribus appensa est.

Vuolsi, dice il D. C., che le campane sieno state inventate da Paolino Vescovo di Nola nella Campania, o, più certamente, da essolui introdotte nell' uso della Chiesa. E secondo Giovanni de Ianua: Campana dicitur a Campania provincia, quia eius usus primum ibi repertus est (vel potius aggiunge il D. C. che lo cita — in Ecclesiam introductus). V. lo stesso D. C. intorno agli antichi usi delle campane, donde la svariata nomenclatura di esse.

Canonicus — Primitus triplex tantum fuit in Ecclesia fidelium ordo, Laicorum nempe, Clericorum, quos et *Canonicos* vocabant, et Monachorum. Clerici postmodum, qui Ecclesiis deserviebant, *Canonici* appellati sunt, quod essent ἐν τῷ κάνονι et ἐκ τοῦ κανόνος ut loquuntur Concilia; vel quod *sub canone Ecclesiastico jacerent*; vel essent *sub Canone constituti*. *Canonis* enim nomine Clerum intelligebant. (D. C.)

Cantor — Cantores, in Ecclesia iidem, qui Psalmistae. — Cantor qui Scholae Cantorum praeest in Ecclesia, et, ut ajunt, aliis Cantoribus *Cantum* imponit: Qui chorum regit. (D. C.)

Capellanus — *Capellani*, primitus dicti, qui Capam, seu Capellam S. Martini, vel in Regum Palatiis asservabant, vel in praeliis cum caeteris SS. reliquiis deferebant. Rectores Ecclesiarum, Capellani denique sequioribus saeculis vocati, qui capellis, sacellis, seu aediculis sacris praeferti sunt. — *Capellani perpetui* Majores Vicarii nuncupati. (D. C.)

Capurali — Pro capulati, gladio cincti — quindi primati, militi, secondo il senso feudale dei tempi.

Carni vugluta — Carni vugghiuta — Carne lessata.

Casale — Casale, certus *casarum* numerus, villa, suburbanum.

Cassea — *Cassa*, Capsa, quidquid capsae seu arcae formam refert. (D. C.)

Cathapanus — Catepanus, Catipanus, idem quod *Capitaneus*, Praeses, Praefectus provinciae vel civitatis — ex gr. κατεπάνω. (D.C.)

Catapani o Acatapani — Furono gli uffiziali incaricati di provvedere le città della necessaria annona, dovendone render conto a' Camerlenghi delle provincie, o valli della Sicilia. Quest'officio sembra quindi corrispondente a quello dei Baili, detti indi *Giurati* e *Senatori*, componenti l'urbano Magistrato, e che curavano la pubblica provvisione dei viveri, sotto la dipendenza dei ministri camerali del Tribunale del Real Patrimonio. Però, dopo il 1300, decadde questa carica, e dissersi Acatapani i Deputati di piazza, ch'erano ufficiali subalterni del Senato e della corte dei Giurati, ed ordinarii revisori dei pesi e delle misure delle merci, vendute nelle piazze, al pari dei *Questman* d'Inghilterra. V. Gregorio, op. cit.

Causari — Causas agere, Litigare.

Cedula — Pro Scheda, Schedula. It. Cedula. (D. C.)

Chappa — Receptaculum curruum, aratrorum et aliorum, quae pertinent ad agricolturam, instrumentorum. (D. C.)

Chentu — Cento.

Cherhì — Domandasti, implorasti.

Chima — Cima, vetta.

Chinquantatrì — Cinquantatrè.

Chircari aytari — Cercare, procacciare di aiutare.

Chitati — Città.

Colligandu — Stando unito.

Comandamentu — Privilegio, Decreto.

